

A. N. 2214 / XXV.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(303.1/9.2.)

~~F VIII  $\frac{3}{3}$~~

G. II.

S. A. II. 7

SA II S. A. II. 7

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303.16.2.

*Synodus de Compertar  
Hutajonia 1852.*

**Acta Concordiæ,  
INTER PAVLVM KYR-  
MEZERVVM: PASTOREM ET DE-  
canum Hunnobrodensem, Nomine totius Contubernij  
Ecclesiastici Hunnobrodensis Ministrorum:**

**ET INTER SENIORES EORVM,**  
qui sibi olim nomine Fratrum legis Christi placuerunt:  
Nunc autem titulo Seniorum & Ministrorum Ecclesie  
fratrum, puram doctrinam Euangely per Bohemiam,  
Morauiam, & Poloniam, docentium, gaudent.

*Honesto vulgo Valdenses appellantur.  
Honesto J. pro. Hunnem Ger. Jan  
no mio de det, m.*

**DE DIRVENDO PARIETE AN-  
te Domini, quem in se ponunt, et in unum illud so-  
lidum Corpus Ecclesie, Cuius Caput  
ESVS CHRISTVS, Dominus Crucifixus,  
mortuus, sepultus, resurrexisset, coelestis.**

*iam, vonnegelung, de la gely, in houi  
ny platonny, Litter Hunnobi: pri die*  
**EPHES: 4.**

**Vnum Corpus & vnus Spiritus, sicut vocati estis in  
a spe vocationis vestre, vnus Dominus, vna fides, vnum  
epu m, vnus Deus & Pater omnium, qui est super  
mes, & per omnia, & in omnibus nobis.**

*in huius die 10. 1581. Hunnobi*  
**Anno M D LXXX.** *Sum ex Libr  
Petri Anon dicta  
Nesylvanensis*

PET: BOQ: BITVR:

*Quid enim convenientius & iustius, quam ut qui Christo fidunt, quique ex ipsius schola & familia se esse profitentur, ab ipso cognomentum accipiant, & retineant, cognominenturque Christiani?*

*Ad Lectorem P. Kyrmezerus.*

Veritas fucō orationis non indiget, sed simplicitate & sinceritate: Sis itaque pie Lector æquus Iudex simplicis stili in hoc scripto.

MATTH: 11.

*Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes con- aequalibus suis dicunt; cecimus vobis & non saltastis; lamentamini vobis, & non planxistis.*

2. TIMOTH: 2.

*Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit Dominus qui sunt eius. & discedit ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen Domini.*

PRÆFATIO.

OMNIBVS IN

NOMINE DOMINI NOSTRI

IESV CHRISTI, qui est cum Deo

Patre & Spiritu sancto Deus benedictus super

omnia, ab aeterno in aeternum, baptizatis in ve-

nam fidem, & spem resurrectionis ad vitam

aeternam & societatem hereditatis regni cœle-

stis: Ministris, & quibus ministratur, in refor-

matō eius diuina clementia, sancta eius Catho-

lice Ecclesie, orthodoxis catibus, qui sunt in

Pannonia, Bohemia, Moravia, & Polonia,

Fratribus in eodem Domino nostro multum di-

lectis & honorandis: PAVLVS Kyrmezerus

Pannonius: Minister Domini nostri IESV

CHRISTI vilis & indignus, in sancta eius

Ecclesia, que est Hunnbroda, Eiusdemq; Con-

tuberny Ecclesiastici Decanus, conser-

uus & confrater vester: Bea-

tam illam vitam in cœlesti

Regno ex animo

precatur.



Quantum Natura nostra

duce, post horrendum

& tristissimum illum

lapsum primorum pa-

a ij ren-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (18. j.)

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (19. j.)

PRÆFATIO

rentum nostrorum, à Vineâ Domini abhorreamus, honorandi & plurimum dilecti fratres in Domino, mihi & vobis omnibus incognitum nō potest esse, nimirum ex verbo Dei, sacris Prophetarum & Apostolorum scriptis comprehenso, testante idipsum quoq; nostra vniuscuiusq; mente, cogitatione, viribus, conscientia, & tota vita edoctris. Constat enim, nisi ex gratuita misericordia optimi nostri Dei, & benignissimi Patris in Christo, veri illius locupletissimi patrisfamiliās, vocati fuerimus, vt nos nostra sponte exterius maneamus, & stemus perpetuo ociosi: deinde verò etiā si intus simus, si tamen non abs eodem clementissimè nobis datū fuerit, nihilominus fiat, vt aut nolimus, aut non possimus quicq; operari: ad hæc si quoq; laboremus, tamen id faciamus vel inuiti, vel oscitantes, vel aliter quàm facto opus est, aut Paterfamiliās volet, atq; ita quod ille ait:

*Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.*  
ô igitur

PRÆFATIO.

ô igitur nos miserissimos, infortunatissimos, & perditissimos omnes:

Quid tamen, fratres, desperabimusne: absit. Quis enim intentabit crimina aduersus electos Dei: Deus est qui iustificat. Quis est qui eos condemnet: Christus est, qui est mortuus, qui & resurrexit, imò qui in cœlum assumptus est & interpellat pro nobis. Gaudete itaq; mecum fratres, exultate, & dicite mecū laudem Deo Patri, & Christo filio eius. Huic quod est mortuus propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, & cum carne sua, cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit, penetrans cœlos, consedit ad dexteram Dei, atq; pro nobis interpellat, ut sicut ipse in hereditatis suæ societatem nos nuncq; pmeritos adsciuit: ita clementissimus Pater cœlestis id ratum habeat, nosq; pro suis filiis & heredibus, fratribus & coheredibus vnigeniti charissimi sui filij agnoscat, & suscipiat: Ipsi autem Deo Patri, quod precibus filij sui annuens,

a iā nos

PRÆFATIO.

nos iniustos iustificat, & iustificatos in gloriam sui cœlestis regni, ex quo in nostris illis primis parentibus iniustis omnes simul iniusti, iustè & dignè sumus eiecti, misericorditer suscipit, tandem ad seipsum à dño nostro adductos intromissurus, & recepturus. Hoc certocertius in omnium credentium cordibus testat̃ sanctus ille ab utroq; procedens veritatis spiritus, docens eos externè per sacrum verbum Dei, & internè sua viuifica potentia clamare cum sumã fiducia Abba Pater. O nos iam felicissimos & beatissimos: ô quam ineffabilis, immentia, infinita, inexhausta, & nunq̃ satis dignè celebranda misericordia, cum sumã altitudine, latitudine, & profunditate diuitiarum, sapientiæ & scientiæ benignissimi patrisfamiliâs, qui nos natura ociosos extra suam vineam stantes, & solus vocat, & solus introducit, imò solus etiam dat ut & uelimus & possimus ducentem sequi, introire, & operari.

Om-

PRÆFATIO.

Omnesne autem simul & semel vocat: Non certè, siquidem ita docet filius ille Patrisfamiliâs, vnicus & solus Heres Vineę paternę, verus & legitimus, Dñus noster *IESVS CHRISTVS*; varijs parabolis, inuitatorum videlicet ad nuptias dilectissimi filij sui abs *Matth. 22.* ter maximo illo rege: conductorum *Matth. 20.* & missorum in vineam: vocatorum *Luc. 24.* ad magnam illam cœnam, &c: Quod nimirum vocentur successiuè, alij prius, posterius verò alij, quoad mundus durauerit.

Habent igitur quo gloriari possunt vocati priores præ posterioribus ad deuinciendum sibi Patremfamiliâs, ut ipsis amplio rem mercedem reddere cogatur: Arbitrantur ipsi id quid animũ Patrisfamiliâs p̃ rationis suæ metientes modulo, se p̃pterea q̃ diutius laborassent, & pondus atq; æstũ diei portassent, plus accipere debere, alijs aut̃ deberi minus: Tamen cum non sint cogitationes Dei, sicut cogitationes hominum, arbitrato suo frustrantur, idq; non immeritò: Non em̃

a iij est

Regi nyomtat vanyok, Bratislava-Lyceum: 1308. (19. 8.)

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 11  
(303.1/2.2.)

PRÆFATIO.

est ullius vel personę, vel operę apud hunc iustissimum Patremfamiliās respectus, nec multum est sollicitus veniat quis prior vel posterior, laboret sanè plus, minusve, intentius aut remissius. Pares idcirco utrosque facit, rumpantur etiam illa murmurantiū adversus eum. Nunquid autem in hoc situm putas quod quis velit, aut currat: nonne ex unico vocantis & miserentis benigno oculo id totum pendet: Solus quippe miseretur eius cuius vult misereri: quemque vult rejicere, eum induratum rejicit. Estne ergo quod quis velit dicere: cur ita facis: Quis eius voluntati audet vel potest resistere: durum est enim contra stimulum calcitrare: Nihil itaque certius, quam quod solus semper vincat, iudicet sanè vel iudicetur. Atque hinc fit ut novissimi fiant primi, & primi novissimi, siquidem multi sunt vocati, pauci vero electi.

Quid tum postea: omnesne vocati in vineam, in eam introeuntes, atque laborantes in ea, eius fructus dant suo

PRÆFATIO.

suo Dño: Nihil minus profecto: nam idem que inuit filius Patrisfamiliās in parabola, de hoc ipso differens, agricolas videlicet illos, quibus vinea primo statim est locata, non tantum apud se fructus retinuisse, sed insuper legatos dñi cepisse, tenuisse, cedissee, lapidasse, & occidisse: imò quod plus est, ipsum heredem vineę, unicum filium Patrisfamiliās, quam primum ab eis visus est, apprehensum, & extra vineam eiectionem, tandem indignis modis crudelissimè sine omni commiseratione interemptum ab illis frugi, scilicet, agricolis. Horrendum facinus: o mali malè perdendi agricolæ: Quid autem ad hæc Paterfamiliās: quid putas: veniens indignabundus, sceleratos istos eiecit, nec iniuria, & missis suis exercitibus homicidas malè perdidit, civitatem eorum succendit, & vineam suam alijs, qui suo tempore ei fructus redderent, elocavit. o factum optimè, & sapientissimè, atque iustissimè:

a v Nunc

PRÆFATIO.

☉ Nunc quid velim, fratres in Domino multum honorandi, & charissimi, paucis accipite.

Deus Pater æternus, coæterni, consubstantialis & unigeniti filii sui Domini nostri *IESU CHRISTI*, locupletissimus ille Paterfamilias, Dominus cœli & terræ, reiectis iuste Israelitis, primis suæ vineæ, sanctæ Ecclesie, cultoribus, miserrimas Gentes, (quæ olim erant sine Christo, alienaræ à conuersatione Israelitis, hospites Testamentorum Dei, non habentes promissionis ullam spem, ex quibus nos omnes sumus) à longè vocauit, conducens eos & mittens in vineam suam, ut & fideliter laborarent, seduloq; atq; ei fructus suo tempore darent: nõ tamen omnes semel & simul vocans, sed successiuè usq; in hodiernum diem, per eius solius benignitatem est visum, certo videlicet tempore, numero, loco, & gradibus, idq; multoties ita, ut vix reliquiæ & vineæ & colonorum appareant (q; non adeo diu sumus experti) neq; tamen id alia,

PRÆFATIO.

lia, quàm certa ipsius Patrisfamilias sapientissimo arbitrio & liberrima voluntate. Sepe autem propter maleuolentissimas & nocentissimas feras, ut eorum imitem & non satiandam rabiem ac voracitatem aliquantisper lateant, atq; abs talibus bestiis non perdantur. Non secus quam si Gemmæ fertilissimæ vitis lateant seu hinc in ipsis palmitibus absconsa, & non protrudantur ante tempus iustum. Vero tamen oportuno illo tempore, quæ satis diu latitarunt, emergentes extra sese proripiant, ex quibus demum pulcherrimæ vix summa cum copia proueniant, quotidie magis ac magis auctæ, tandem conspectui omnium seipsas iam maturæ & succiplenæ exponentes, non ut videantur tantum, Sed ut vberem quoq; fructum suo Patrisfamilias sumè gaudenti reddant. Similem fuisse sortem sanctæ Ecclesie Domini nostri *IESU CHRISTI* superioribus temporibus omnes piæ & sanæ mentis non negabunt. Factum em̄ fuit ut solius Christi Dñi, Regis &

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303.19.2.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.  
(308.1/2.8)

PRÆFATIO.

& Pontificis nostri vnicui & fortissimi protectoris Ecclesiæ suæ bonitate, & summa erga eam misericordia, reliquæ membrorum eius in Cymeriis illis tenebris densissima, quasi nebula obrutæ & tectæ, ineffabili eius sapientia fuissent inuisibiles, atq; ita tute mansissent à furore luporum, vrsorū, leonum, &c: patefaciendę postea. Commodo videlicet tempore, quando soli capiti visum fuerit.

Ecce autem venit iam o fratres, venit exoptatissimus ille dies, quo inuitis & frustra renitentibus, imò id dolentibus oculis intuentibus furijs inferorum, totiusq; eorū satellitij, non iam inuisibilis, sed nimis conspicua, & amplissimè sese dispergens & dilatans Ecclesia sancta orthodoxa, in vniuerso ferè orbe facta est, sitq; magis magisq; quotidie. Quid tamen in ipsa nunc agatur, penitus mecum, fratres perpendite, namq;:

*O-bis ut inconstans, sic nil constantis in ipso est.*

Vinea est vnius patris familiæ vnica, habens vnicum verę & legitimum heredem,

PRÆFATIO.

heredem, fuit quoq; ipsa vnica tantū cincta & septa sepe, sicut etiam nunc est, in ea tm̄ olim paries fuit altus & fortis, quem nemo planè ulla vi, astu, industriaue potuit transcendere. Qui aut̄ olim paries fuit, postea esse desijt, demolitus em̄ est eū Architectus ipse optimus patrisfamiliæ ille vnicus filius, q; etiā vult ut posthac nemo hominū in ea aliū ponat extruatue. Sed ut omnes agricolæ simul habitantes, mutuas sibi opas in excolenda ea tradant, consilia sua omnia, viresq; omnes in com̄une conferant, atq; simul ritè eam excolant. Nihilominus tm̄ videtis mecum, fratres, iam dudum in ipsa vinea parietem positum à plurimis operarijs in eadem existentibus, p̄cipuè aut̄, ut nunc ceteras taceam, in hisce nostris regionibus Moravia, Bohemia, & Polonia, & ab illis quidem qui arbitrant̄ se in eandem priores vocatos & missos, (Valdensicos socios dico) q; nos potius eis dabimus, quam quòd cum eis hac de re philauticè contendere velimus, neq; eis id inuideamus,

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 11  
1308. 11. 2.

PRÆFATIO.

mus, ipsi sibi tantum non inuideant. Proinde siquidem nos quoque, qui sumus extra eorum externam societatem, reformatorum coetuum Ecclesie Christi, docentes & discentes, vocatos & missos, isti, nisi nimium impudentes esse velint, negare non possunt, incumbit nobis omnibus una eademque cura & sollicitudo, ut inuito illo legitimo herede, in eius vinea parietem ponere non presumamus, ponique non patiamur, quinimo si abs quocumque positum esse nobis comptum fuerit, nos mature manibus pedibusque contra eamus.

Facite igitur vos oro atque obtestor, fratres, ut quemadmodum ego in nomine legitimi heredis, ad demolendum parietem istorum, unam manum cum meis contubernalibus admouii, ita vos alacres & imperterriti nos sequamini, & istos exstructores parietis, nobiscum adhortemini, ut mentem Patrisfamilias, & legitimi eius Heredis penitus considerent, atque delapidato suo pariete, nobis sese rursus coniungant, ex nobis enim exierunt, utque collatis consilijs,

2. Cor: 10.  
Arma militie nostre non sunt carnalia, sed potentia Deo etc:

PRÆFATIO.

filij, coniunctisque animis & viribus, illis malis bestiis vastantibus vineam Domini, nos simul opponamus et eas perstringamus, inque ea strenue & fideliter laboremus, rite & decenter eam excellentes, quo flagitanti olim patrisfamilias, eiusque dilectissimo filio, vberem fructum referamus, ipseque nos benignissimis oculis intuens, pro sua bonitate & clementia, propter illum unicum suum Filium, in aeternum suum gaudium introducat.

Quamuis autem isti, qui parietem ponunt, & a ceteris agricolis seiplos separant, iustas eius facti rationes olim habuisse passim in suis rapsodijs prestant, quod olim Nouatianos (quorum & ceteros eius fecis factitasse didicimus) atque sumis illis viris exterarum regionum idem persuadeant, nosque illis alio modo hoc concedere possumus: Tamen nunc (postquam ipsimet, nisi obstinate ceci sunt, videant, et nisi affectate pueri sint, fateri cogant, illud quod antehac fuisse putant, desisse, nosque docentes in nostris coetibus Ecclesiasticis, una cum  
ijs etc

PRÆFATIO.

ijs q̄s docemus, sum̄is & infimis, esse  
 membra Ecclesiarum illarū, de quibus  
 Valdencij socij in p̄fatione suæ Con-  
 fessionis, inter cetera ita scripserunt:  
 “ Et si aut̄ agnoscimus, q̄ per Husum, et  
 “ successores eius dñus fecit in terra no-  
 “ stra, initia tantū q̄dam fuisse, neq̄ cū  
 “ ijs comparanda, quę postea in Electo-  
 “ ratu Saxoniz, & Schola Vitebergen-  
 “ si, viri Dei Martinus Lutherus & Phi-  
 “ lippus Melanthon, & alij pij & docti  
 “ alibi p̄stiterunt, qui Corpus doctrinæ  
 “ Christianæ instauratæ constituerunt  
 “ integrū & eruditè conscriptum &c.)  
 Quamobrem parietem suum destru-  
 ere, ad nos reuerti, & sese nobis con-  
 iungere nolint, nos neq̄ scimus, neq̄  
 ipsi apertè nobis demonstrant, imò à  
 nobis ad id inuitati, admoniti quoq̄  
 à sum̄is quibusdam viris exterarum  
 regionum, ipsi q̄q̄ idem sanctè pro-  
 mittentes in fine sui cuiusdam Bohe-  
 micè editi scripti, (in quo ponūt octo  
 suas rationes, quare in nostra templa  
 ire non velint, seu bona conscientia  
 non audeant) id facere reluctantur.  
 Inte-

PRÆFATIO.

Interim tamen apud sua mancipia nō  
 cessant sibilare, se solos Euangelium  
 purè docere: inter eos esse sum̄um  
 consensum, eorū ritus non esse ullis  
 sup̄stitionibus farcinatos: eos discip-  
 linam Ecclesiasticam verè exercere:  
 solos esse absolutissimè obsequentes  
 Deo: tota m̄q̄ vitam ad eius nutū se so-  
 los instituere: ac p̄pterea solos esse fili-  
 os Dei, & fratres Christi, Ceteros om-  
 nes qui in eorum societatem non iu-  
 rârunt, nihil tale habere, vel exequi,  
 neq̄ tales esse. Bona verba, dñi Val-  
 dencij socij: Sed iudicent omnes pij,  
 an satis sit istos talia dicere, nisi etiam  
 demonstrent: Et an Christicolas de-  
 ceat sese solos ita extollere & suspi-  
 cere, ceteros autem deicere & despi-  
 cere: Euangelium ipsos docere: Sa-  
 cramenta administrare: in Christū cre-  
 dere: filios Dei & fratres esse Christi,  
 nos nunq̄ negauimus, neq̄ negamus  
 neq̄ inuidem⁹ ipsis, sed Deū ob id glo-  
 rificantes. Cū aut̄ Christo Dño cœ-  
 li & terræ, suęq̄ Ecclesiæ, id testante,  
 Regnum Dei nō veniat cū observa-  
 b tione,

Regi nyon: tat vanyok, Bratislava-Lyceum:  
(308.19.8.)

PRÆFATIO.

tione, illud esse apud eos solum, diffi-  
temur, credentes ad nos quæ aduenire.

Quapropter oramus & obsecra-  
mus omnes quorum interest: Magistra-  
tus verò Christianos imprimis sumos  
& infimos, custodes utriusque tabulæ  
Legis diuinæ, quibus seriâ ratio de  
subditis Deo est reddenda, constitu-  
ant nobis arbitros pios, doctos, gra-  
ues, modestos, sapientes, non indulgen-  
tes, affectibus, non preoccupatos quibus  
falsa opinione, aut præiudicijs, conferan-  
tur, æqua lance utrorumque nostrum  
doctrina, ritus sacri, disciplina Ecclesi-  
astica, & politica, vita & conuersatio  
domi, forisque, honos Magistratui debi-  
tus, &c. Et toti erit conspicuum mundo,  
verene ista præstendant, quod sibi nunc me-  
tuant, & an rectè metuant, posterius aut  
nostri ista melius rescribunt, et iudicabunt.

Sed vos iam diutius honorandi &  
dilecti in Domino fratres, detinere nolo,  
quin vos doceam quid in nostro Con-  
tubernio cum istis inceptum sit agi,  
& quid apud ipsos hucusque sit effectum.  
Videbitis autem primò Epistolas no-  
mine

PRÆFATIO.

mine huius Contubernij Ecclesiastici  
ad Valdenticæ societatis antistites  
scriptas, & quas ipsi rescripserunt, al-  
ternatim positas: deinde Confessionem  
nostram Fidei, & doctrinæ Christia-  
næ, adiunctam conspicietis: subijci-  
mus autem ista omnia pie & dextræ  
censuræ omnium in orthodoxa Eccle-  
sia Domini nostri *IESU CHRISTI* do-  
centium. Certè non nostra id solum  
refert, qui in his regionibus, in eorum  
societatem non iurauimus, sed omni-  
um (quicumque, & ubicumque locorum  
sunt) sumorum & infimorum, docen-  
tium, & discentium, in templis & scho-  
lis, præcipuè verò eorum à quibus nos  
ea quæ docemus, Deo dante didicimus,  
& qui nobis ad id ritè vocatis comen-  
dant sacrum ministerium Ecclesiasticum,  
eos enim isti tacitè in nobis confodi-  
unt & condemnant. Hoc autem satis est  
dilucidum ex eo, quod sese à nostris  
templis (in quibus Dei beneficio pro-  
fligata idolatria & superstitionibus,  
nos ex scriptis Prophetis & Aposto-  
licis, à nostris Præceptoribus edocti,

b ij solum

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
1308.11.9.8.)

PRÆFATIO.

solum Christum Salvatorem omnium  
credentium predicamus, eum esse Me-  
diatorem & deprecatorem nostrum, atque  
sufficientissimam victimam pro no-  
stris, imò pro totius mundi delictis  
affirmamus. Poenitentiam & remis-  
sionem peccatorum in solius nomine do-  
cemus, Sacramenta iuxta eius institu-  
tionem administramus, &c.) separent,  
& peculiare domos cum splendido lu-  
xu, Monasteria pristina, imò ferè do-  
mos Principum vel Baronum supante, su-  
is conuentibus exstruere non cessent,  
ad hæc neque ad nos venire vocati, neque  
nos ad se vocare vel admittere, velint

Oro autem ex toto pectore, domi-  
num nostrum *IESUM CHRISTUM*  
vivi & æterni Dei, atque intacte virgi-  
nis unum & eundem filium, verum Emanu-  
elem, qui est solus verus & legitimus  
heres vinee paternae, in cuius manu  
sunt corda omnium hominum, summorum  
& infimorum: regat clementer & in-  
clinat per suum & patris sanctum Spi-  
ritum omnes docentes & discentes in  
sanctos sancta eius Ecclesia, ut in eum  
solum

PRÆFATIO.

solum & unicum cuncti credamus, in  
solum respiciamus, atque in nostro mu-  
nere fidelissimè ei seruiamus. Preser-  
tim verò, ut omnia quae ad dissidia atque  
distractones, & turbandam tranquil-  
litatem & pacem in ipsius vinea nos  
incitant, spontè à nobis proiciamus  
& in vera, ipsi grata atque ab ipso man-  
data & nobis salutari pace, concor-  
dia, coalitione, & unitate, eam nostrae  
fidei commissam, ritè excolamus, ipsique  
soli & unico animarum nostrarum  
curatori, atque legitimo vinee paternae  
Heredi copiosum fructum adferamus.  
Ut quando venerit ad iudicandum  
vivos & mortuos, suos omnes ser-  
uos ex ineffabili gratia, in suum & pat-  
ris sui caeleste regnum introducat, Am.

Interea tamen fratres, nostrum officium quaeque  
sedulo in timore eius faciamus, neque  
ullam occasionem demus, ob quam sacrum  
Ministerium nobis commendatum, apud  
quemque malè audiat. Dabimus enim omnes  
domino nostro rationem, serui autem neque et  
scaelesti poenas.

*VENI CITO DOMINE IESU.*



Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.1/2.2.)

EPISTOLÆ ALTER-  
EPISTOLAE  
ALTERNATIM  
SCRIPTÆ.

Prima Epistola Broda ad Val-  
densicos socios missa.

Paulus Kyrmezerus nomine Contu-  
bernij Ecclesiastici Brodenfis.

Venerabilibus in Christo viris, An-  
tistitibus Societatis Fratrum Val-  
densium, in inclito Marchio-  
nato Moraviae, amicis  
dilectis, S. D.

**Q**uam prestans, necessarium, & utile om-  
nibus hominibus, semperq; sit verbum  
Dei, vix ullam mentem humanam perpendere,  
aut eloqui humanam linguam posse, vobis quoq;  
Venerabiles viri, optime constare non est dubi-  
um. Videntes enim erumnose huius vite om-  
nium generum afflictionibus, & calamitatibus  
pressos, non tamen omnino ~~abesse~~, unde, quæso  
dulcius solamen petere illos posse persuaseritis ipe-  
dem, quam ex verbo Dei? Intuentes aliquem  
ad

NATIM SCRIPTÆ.

ad veram fidem, ad piam & honestam vitam,  
ad seruiendum Deo in iustitia & sanctitate, atq;  
ad gratitudinem ei dilectione quoq; proximi de-  
clarandam, incitari cupidum, qua, oro, ratione  
commodiore à tali id fieri existimaueritis, quam  
si ex verbo Dei id didicerit? cognoscentes aliquem  
Satanae vasfriciem summa truculentia plenam  
effugere, eius maxime noxijs insultus non fru-  
stra reniti, in eius nocentissimis casibus non irre-  
tiri, vel irretitum sese expedire, aut ad eternam  
perniciem in eius regnum densissimis tenebris,  
igne non lucente, sed tantum ardente & vrente,  
atq; ineffabili cruciatu in eternum torquente,  
miserabili ciulatu, & dentium stridore horridis-  
simo vndequaq; exundans, non cyei, adnitentem:  
nonne annueritis eum necesse habere ut ex  
verbo Dei ad id instruatur? Animaduertente  
tes aliquem veram viam salutis cognoscere, in  
ea recte procedere, ad portum eterne beatitatis  
adpellere, deniq; in gloriosissimum regnum Dei  
Patris celestis intrare, atq; ibi cum Deo vno &  
trino, cum sanctis Angelis, & cum omnibus elec-  
tis, perpetua vita, ineffabili luce, summa con-  
solatione, maximo gaudio, & non finienda glo-  
ria frui, anhelantem, quid, precor, illi suaseritis,  
quam ut ex verbo Dei, quo pacto ad id aspirare  
b iij queat,

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 1308. (16. 2.)

EPISTOLÆ ALTER-

queat, doceri se patiatur? Omitto multa alia, hoc unicum addo: Vt cumq; etiam Deus innumeris bonis & maximis commodis per dilectissimum unigenitum, coeternum & consubstantialem filium suum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, genus humanum cumulatisimè exornauerit, poteritisne tamen certò vobis persuadere, nullam vel notitiam tantorum beneficiorum apud homines vigere posse, vel desiderium minimum etiam eos posse tangere, non prælucente verbo Dei? Quid igitur? dicetis in tota rerum natura quicquid dignius, præstantius, preciosius, magis necessarium, aut magis utile inueniri, solo verbo Dei? Nonne quoq; audacissimè affirmabitis homines habentes verbum Dei, illud nocturna, diurna versantes manu, ore & corde sedulo, sincerè & indefessè meditantes, ei verè & ex animo credentes, atq; ad solius nutum vitam & mores utq; maximè accommodantes, & componentes, foelicissimos & beatos esse? Tales enim Deum diligere, à Deo diligì, atq; Deum apud se habitantem sentire, num regabitis attestante hoc veritate ipsa omnium credentium Salvatore. Fœdus beatum: Dominus IESVS cum talibus paciscitur, se eorum esse fratrem, & affirmat se tales quoq; pro fratribus suis, & co-

here-

NATIM SCRIPTÆ.

heredibus regni paterni adsciscere: de qua re ne vel minimum dubitent, Archam ipsis dat suum sanctum Spiritum, qui eos interea per verbum & Sacramenta doceat, consoletur & confirmet. Econtra, terq; quaterq; miseros & infœlicissimos esse illos, qui verbum Dei non habeant, nonne assenerabitis? fors deploratissima; Deus à talibus recedit, seu potius apud eos nunq; habitat, suntq; mancipia Sathane, mittendi tandem in æternum illum nunq; extinguendum ignem Gehenne, Diabolo & angelis eius paratum, in omne ævum illinc non extrahendi. Nonne autem vobis videtur non indignum, horum tam miseram sortem seriò cogitare, talibus maxime condolere, eorum calamitatem deplorare, atq; ardentibus votis Deum orare, ut pro sua nunq; exhaurienda bonitate, talium misereri, & sicut vult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis sue venire: ita verbum suum talibus dare, & suo spiritu eos illuminare, quò illud ipsum verbum vera fide amplecti, & salui fieri possint, propter Dominum IESVM CHRISTVM, non dedignetur? Illorum quoq; foelicitatem nonne putatis dignam consideratu? Quapropter etiam iudicabitis illis esse congratulandum, atq; ut talis foelicitas perpetua eis fiet,

b v p r e a

EPISTOLÆ ALTER.

precandum, imò ex animo etiã pro ijs orandum, ut quod Deus in illis hic pro sua paterna misericordia cepit, tandem quoq; clementissimè perficiat, & in æternum tali beatitate eos potiri, & secum frui, dignetur.

Sed hic Cardo totius summe vertitur: nam accuratissimè est circumspiciendum, ubinam terrarum, locorum, gentium, populorum, atq; linguarum verbum Dei habeatur, & purè doceatur, ubi verò secus. Hic labor, hoc opus, hæc diuersitas existimationum est:

Postq; sancti Apostoli Domini nostri IESV CHRISTI primæ ille Columnæ sanctæ eius Ecclesiæ, ab ipso Domino missi fuissent, ut in vniuerso orbe terrarum Euangelium eius prædicarent, verbum Dei ibi fuisse, ubi ipsi prædicauerunt, quis, nisi impius, inficias ibit.

A tempore Apostolorum ad mille quingentos annos si quis ausus fuerit dicere, verbum Dei planè sublatum fuisse, vel extinctum, doctus tamen ex Hystorijs Ecclesiasticis, quare omni illo tempore tam innumera multitudo hominum omnis ætatis, sexus, conditionisq; ad mortes ducti, eas ouantes oppetierunt, annon se temerè & impiè audaculum esse, testimonio tot insignium martyrum (taceo magna illa lumina Ecclesiæ, sana

NATIVIM SCRIPTÆ.

sanctos illos Doctores & Patres, quorum nomina & monumenta apud nos videntur, & in precio habentur) conuincetur?

Deinde verò à proximis hæc septuaginta annis usq; ad nostra tempora, Doctores, Pastores & Ministri Ecclesiarum reformatarum Domini nostri IESV CHRISTI, in Germania, Gallia, Anglia, Italia, alijsq; exteris regionibus, quorum multi dudum in Christo obdormierunt, plurimi adhuc supersunt, non nùde tantum existimauerunt, & existimant, sed attestante in cordibus & conscientijs eorum spiritu Domini nostri IESV CHRISTI, certocertius crediderunt & confessi sunt, credunt & confitentur se habuisse & habere verbum Dei. Quod profecto summa industria, labore, studio & sedulitate tractauerunt, & tractant, serio & maxima fidelitate docuerunt, docentq; non sine salutari fructu multorum defunctorum, & adhuc viuorum in illis regionibus, id certè copiosè satisq; testantur tum multæ myriades eorum, qui cum dispendio honorum, facultatum, ipsius deniq; sue vitæ, ab ipsis verbum Dei prædicatum sunt amplexi & confessi: tum eorum innumeri libri piè & eruditè ad amussim verbi Dei scripti, qui in nostras quoq; regiones deuenerunt, & in manibus

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1308. (9. 2.)

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(303.19.2.)

EPISTOLÆ ALTER.

bus multorum passim voluitantur. De talibus igitur an verbum Dei habuerint habeantq; hodie, vos, si vultis, ambigite.

Nobis quoq; Pastoribus & Ministris Ecclesiarum Domini nostri IESU CHRISTI, quas & nos reformatas vocamus, in Moravia, Bohemia, & Polonia, multis iam in Christo defunctis, non paucis hodie superstitis, non videtur tantum aliqua imaginaria persuasione, sed solidum & efficax testimonium in pectoribus omnium nostrum præbuit & præbet sanctus ille Paracletus veritatis spiritus, & nos confirmat, ut credamus & confiteamur nostros antecessores verbum Dei habuisse & docuisse pure: Nos quoq; verbum Dei habere, docereq; præter id nihil. Fuerunt quippe plurimi nostrorum antecessorum discipuli prædictorum Patrum & Præceptorum nostrorum, piorum illorum & doctissimorum virorum in exteris regionibus, & nostri non pauci sunt. Ab eis commendatum est nobis sacrum Ministerium Ecclesiasticum, sicut & plurimis antecessorum nostrorum. Quæ isti in Ecclesiis harum regionum docuerunt, & quæ nos docemus, partim ex ore summorum illorum virorum in exteris regionibus didicerunt, didicimusq; partim ex pijs eruditissimisq; scriptis

CORINTH

NATIVIM SCRIPTÆ.

eorum hauserunt, hausimus, & hucusq; haurimus. In norma administrandi ritus sacri Ministerij illos omnino nostri antecessores secuti sunt & nos sequimur, testibus post Deum, & nostrâ bonam conscientiam, auditoribus nostris innumeris, ipsiq; etiam plerisq; pijs & apprime doctis viris.

Nihilominus tamen, o Antistites societatis Valdenses, nostri auditores à non paucis vestrorum auditorum, (à vobis senioribus suis proculdubio edocetis) coguntur audire quod ad nos cum summo utrinq; mœrore deferunt, neq; nostros antecessores, Pastores & Ministros harum Ecclesiarum habuisse vel docuisse verbum Dei, neq; nos id habere, docereq; idq; propterea tantum, quod in vestram Valdensem societatem externam non iuraverimus cum antecessoribus nostris. Nos & illos miserrimos: detestandum mehercule facinus, & dignum si ita se habet in illis & nobis aeterno anathemate. Verum heus, venerabiles viri, probatu opus est. Nam si satis esset ad condemnandum aliquem, ut cuiuscunq; facinoris accusari tantum debeat, certè metucendum nobis erit, proh dolor, ne de nostris antecessoribus, de nobis, & utrorumq; auditoribus actum esset. Deus meliora det: Quapropter vos amice oro,

✠

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
1303.19.8.

EPISTOLÆ ALTER.

Et per Dominum IESVM CHRISTVM, atq; per vestram conscientiam vos obtestor, ut pridie Id: Nouemb. imminentis, hic Hunnotroade in domo Parochiali, ad decimam sextam horam antemeridianam compareatis, (nam ad eum diem indicta est Synodus fratribus Contubernij nostri Ecclesiastici,) audituri Confessionem fidei et doctrine, quam antecessores nostri in istis Ecclesijs professi sunt et docuerunt, et nos profiteremur et docemus: Ea si improbatu digna fuerit, vosq; falsam et non analogam verbo Dei euerteritis, certe verbum præterea nullum facturi sumus, neq; vera de nobis à vestris spargi diffitebitur. Sed potius si nos quid melius docueritis, à nostra illa quã audietis confessione desciscere, eam omnibus modis detestari et execrari, atq; vestris illud melius amplecti et sequi nos neq; puduerit, neq; piguerit. Quod vos non grauatim facturos autumo. Debetis certè id nobis vel hoc maxime nomine, quod Dominus IESVS CHRISTVS ad Petrum dixerit Luc: 22. Et tu conuersus confirma fratres tuos. Siquidem germanicè der bekerten, id latinis conuersos significat. societatem vestram nuncupari vultis. Bene valete. Hunnotroade 11. Calen: No

uemb: 1577-

Secund

NATIM SCRIPTÆ.

Secunda Epistola Broda ad Valenses missa, nam ad primam scripto non responderunt.

Paulus Kyrmezerus: Antistitibus Societatis Valdensicæ,

S. D.

QVod me indignum iudicaueritis Venerabiles viri, amici dilecti, responso scripto, sed per unum ex vestris socijs Fratrem Vodiczka, Synagoga vestra Valdensicæ, quam hic quoq; Broda habetis, principem, verba volantia ad me miserite, quamuis in meam magnam ignominiam, vobis ipsis testibus, feceritis, tamen ego qui minimus sum, id facile donorare et concoquere scio. Sed quid monstri in eo alatis, mucosissime etiã naris qlibet olfacere potest. Deinde quod ad meam amicam petitionem, et quod vos obtestatus fuerim per Dominum IESVM CHRISTVM, atq; per vestram conscientiam, ad hæc quod apertissime à me vobis est ostensum, quo nomine id nobis, quod peti, debeatis, non tamen datum solueritis, et ad nos huc Brodam auditum Confessionem fidei et doctrine, quam in istis Ecclesijs antecessores nostri professi sunt et docue-

Regi nyorn tect v nyok Bratislava -lyceum:  
1308. 11. 18.

EPISTOLÆ ALTER.

docuerunt, nos quoq; profitemur & docemus, non  
veneritis, ex eo ipso, quam serio vos tangat gloria  
Domini nostri IESU CHRISTI, & san-  
ctæ eius Ecclesiæ in vnum coalitio, & qualis est  
vestra conscientia, vos pro illa, quæ in vobis est  
pia & ingenua mens, ipsi iudicate, & pronun-  
ciate, nosq; docete. Vos autem iterum Venera-  
biles viri, amice oro, & propter gloriam Domi-  
ni nostri IESU CHRISTI, perq; vestrâ  
conscientiam obtestor, vt debitum nobis soluat, &  
& vos eo, quod nobis debetis liberetis. Debetis  
autem ad nos venire auditum Confessionem Ec-  
clesiarum nostrarum, altero etiam hoc nomine,  
quod princeps vestræ societatis Iohannes Bloh-  
lauius, in illa sincera & simplici (quod sibi &  
vobis persuasit) ad has duas questiones responsi-  
one. I. Cur fratres ab alijs vnitatibus,  
ut vocant sub vna vel sub vtraq; se-  
iungant. II. Cur suos auditores ad  
obedientiam obligant: inter cetera sic  
“ scripserit: Tertium argumentum est, Nemo ne-  
“ scit Sacerdotes sub vtraq; in Moravia præfera-  
“ tim, alios amplecti doctrinam Lutheri, alios Cal-  
“ uini, alios Brentij, alios item aliorum, ut forsi-  
“ tan etiam quibusdam noua illa figmenta ex Ita-  
“ lia, & tandem ex Polonia nuper allata arride-  
ant.

NATIVIM SCRIPTÆ.

ant. Et in summa variè alij ab alijs dissentiunt,  
nec etiam vlla Confessio aut Apologia extat  
vniõis Bohemica, nisi quis compactatis nomen  
Confessionis tribuat. Itaq; etiamsi quis ad illos  
accedere velit, non potest scire ad quid accedat,  
quid amplecti aut reicere debeat. Quis igitur  
fratribus vitio debeat vertere, quod ad Sacerdo-  
tes sub vtraq; accedere, ab illis regi, & cum illis  
coniungi neq; velint neq; possint, &c. Hæc ve-  
ster ille. Ista volo non obliqua lance perpenda-  
tis, hinc enim docebitur non iniuria aut teme-  
ritate vos à nobis admonitum iri de soluendo de-  
bito, atq; vos eo faciliores futuros ad soluendum.  
Sed hic scrupulum quendam videre videor, qui  
vos fortasse à soluendo vel absterrere, vel in non  
soluendo duriores & pertinaciores reddere pos-  
set, quod nimirum arbitrari velitis nos compa-  
ctata, nescio qua, vobis obrusuros. Eximendus  
ergo est iste scrupulus, nam non est quod cogita-  
tis de compactatis, sed scitote vos audituros Con-  
fessionem Fidei & Doctrinæ non Turcicæ, neq;  
Tartaricæ, vel quorumcunq; sed Christianæ.  
Postq; autem cogitasset inter illa vestra volan-  
tia verba, quæ mihi vester ille Vodiczka, vestro  
nomine dedit, excusationem primam, (sed an  
capit.

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(308.16.2.)

EPISTOLÆ ALTER.

capitata fuerit, vos melius me scitis) propositam  
fuisse, quod vobis non satis fecerit scilicet tempus  
trium septimanarum ad recolligendos primari-  
os socios vestros per Bohemiam, Poloniam, &  
Prusiam, propter sollicitationem et labore dila-  
tandi operis Domini, (id à vobis scilicet solis fit)  
dispersis, ne tamen vel ipsa breuitas temporis  
vobis scrupulum inycere in solutione vel remo-  
randa, vel impedienda prorsus possit, longioris  
temporis spatium vobis dari ratio ipsa flagitat.  
Propterea nolo vos nescire fratres Contubernij  
nostri Ecclesiastici, alios quoq, complures pasto-  
res continguarum Ecclesiarum hic Brode adfu-  
turos, ad 18. Cal: Maij, noui istius propemo-  
dum inchoandi Anni Domini 1578. hora  
decima antemeridiana, integri horologii, ad  
eum itaq, diem vos quoq, adesse oro & obrestor,  
vsupra: Vnum adhuc restat de quo vos admo-  
nere opera precium esse duxi. Quod si ex alio-  
rum quorumcunq, superiorum vel inferiorum  
arbitrio ita pendetis, vt nisi eorum pace ad nos  
venire non fueritis ausi, tunc vel vos ipsi ab illis  
veniam huc proficiscendi impetratote, vel qui il-  
li sint, qui vos suo nutu domi herere cogant, me  
docetote, ego apud Magnificum, & verè Gene-  
rosam

NATIVITATIS SCRIPTÆ.

rosam & Christianum Heroa, Dominum Theo-  
doricum Baronem à Kunonicz, Dominum in  
Hunnobroda, in inclita Moravia primum  
nutricium Ecclesie Christi, & sincerorum Mi-  
nistrorum eius, vobis hoc facile impetrauero, vt  
sua Magnificentia veniam à vestris illis huc  
proficiscendi exoret vobis. Interea tamen si me  
misericulorum responso dignanimi vestram men-  
tem de istis omnibus supra dictis ad me scribite.  
Bene valete. Hunnobrode 5. Id: Decembris,  
iam iam finiendi Anni Domini 1577.

Primum Responsum Valden-  
sium, Brodam missum.

Seniores Ecclesie Fratrum &c.  
Paulo Kyrmezero S.

Venerabilis Domine, Frater in Christo con-  
lende, Etsi alieniora quedam miscent  
Epistole tue, interpretamur tamen eas de miri-  
fico studio tuo coniungendi Ecclesias vestras cū  
nostris. Et sumus sane nos ita animati, vt pa-  
cem colere cupiamus cum omnibus quantum in  
nobis est, & multo magis vnum esse in Domino

Cy cum

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
1308. (1628.)

EPISTOLÆ ALTER.

Caput gor-  
goncum.

cum omnibus qui hoc student. Quod agit autem  
tua dignitas iam iterum literis ad nos suis, id  
expeditum esse negocium videtur. Vnum est  
fundamentum. Nostrarum autem Ecclesia-  
rum Confessio in medio est, quam & quod lege-  
re non sis dedignatus ostendunt literæ tuæ. Hanc  
igitur si approbatis, non est quod amplius la-  
boremus utriq; nec ullis iam descriptionibus novis,  
aut itineribus opus est. Promoveamus gloriam  
Dei, & propagemus veritatem Dei, & edifi-  
cemus Ecclesiã eius, id quod nos unum facimus,  
& de vobis idem persuademus. Absit ut con-  
temnamus & rideamus quenq; nec causas habe-  
mus fertiendi de nobis gloriose, quod factum est,  
fecit Dominus. Vos autem oramus ut benivo-  
lentia & dilectione vestra, atq; etiam precibus  
vestris nos complecti velitis. Dabantur die 17.  
January. 1578. Ex Vtopia.

Tertia Epistola Broda ad Val-  
densicos socios missa.

Paulus Kyrmezerus: Senioribus Val-  
densicæ societatis, S. D.

QVÆ vobis alieniora in meis Epistolis vi-  
sa sunt, Venerabiles viri, amici dilecti, non dis-  
ficula

NATIM SCRIPTÆ.

ficulter potuistis iudicare unde profecta sunt.  
Cupio ex animo componi distractiones in Eccle-  
siis, quæ utriq; iam dudum vigent, & multa  
remora pariunt profectui Euangely. Ar-  
bitratus sum ante hac imò hucusq; arbitror, ra-  
tionem vix ullam inueniri posse commodiorem  
compositionis illius quàm si conueniremus, & co-  
ram de talibus conferemus simul, id Apostolos  
Domini fecisse testantur Acta eorum, atq; citi-  
us obturarentur ora auditorii utrorumq; ne pe-  
tulanter & immodeste alteri alteris pergerent  
detrahere, id quod ipsi facile potestis expendere.  
In fundamento plurimum situm esse non sum ne-  
sciens, à quo nos dissentire non existimo. Quæ clas-  
sissimus pietate & doctrina D. Beza in vestra  
Confessione desiderat, ex eius Epistola ad sum-  
mum illum & ornatissimum D. Doctorem  
Cratonem anno 1574. scripta didici, & quæ  
vos D. Cratonem ad ea respondiistis, sunt mihi non  
incognita unà cum ijs quæ D. Crato ad vos re-  
scripsit. Videtur autem D. Cratonem à vobis va-  
triq; satis esse factum. Sed nos qui in istis regio-  
nibus vobiscum versamur, & ea quæ quotidie  
fiunt, videmus, aliter de ijs sentire possumus, ex-  
perimur enim quo pacto illa fiant à vobis & à  
Cij vestris

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
1303. (19. j.)

### EPISTOLÆ ALTER-

vestris, que in vestra Confessione scripsistis. Pro-  
pterea nos si nō omnia, que D. Beza plurima ta-  
men desideramus, que vobis ostenderemus, & de  
ijs simul tranquille & modeste conferremus. Sci-  
mus vos quoq; aliqua desiderare, non in Confessi-  
one nostra, quam vixdum vidistis, sed in alijs,  
& precipue in vita & moribus aliquorum ex  
nostris, de ijs quoq; possemus conferre, atq; con-  
iunctis animis & consilijs omnia in melius redi-  
gere, si ad nos venire non dedignaremini. Neq;  
foret, mihi credite, irritum, vel non utile vring;  
nam multi id expectant & exoptant. Quapro-  
pter vos venerabiles viri, fratres in Christo Do-  
mino multum dilecti & honorandi, non meo  
tantum & contubernij nostri Ecclesiastici fra-  
trum, quin potius totius nostre Ecclesie nomine  
amicè & fraternè oro, ut ad 14. diem Aprilis  
proximè imminentis ad nos venire non graue-  
mini, vel si ad eum diem vobis non vacauerit,  
ipsi diem statuite, quo vos abs vestra opera ex-  
pedire posse arbitramini, mihiq; mature signifi-  
cate, ut de eo fratres contubernij nostri certiores  
reddi possint. Propter gloriam Domini nostri  
**IESV CHRISTI** & studiū coalitionis Ec-  
clesie eius sacro sancte, vos non grauatim id fa-  
Eturos

### NATIVITATIS SCRIPTÆ.

Eturos mihi planè persuasum habeo, Valete **H. H.**  
nobrode 4. Februar: Anno 1578.

Alterum responsum Valdensi-  
um Brodam missum:

Ex senioribus quidam: Paulo  
Kyrmezero S. D.

**R**Euerende vir, satis à nobis factū tibi esse  
existimamus proximis nostris literis, quum  
ostenderemus studium nostrum in pace pia cum  
omnibus tuenda, & cupere nos ut unum simus in  
Domino cum omnibus qui hoc student, nec opus  
esse vel scriptioibus novis, vel itineribus istis  
molestis, si Confessionem nostram, que in medio **Caput gor-**  
dudum est non improbas, neq; aliud nunc quic- **goncum.**  
quam faciendum putamus, & tu si ista rectè  
consideras, non potes aliud petere. Synodos con-  
vocare & celebrare magna res est, & longa ac-  
curataq; eget deliberatione, non enim caret mul-  
tis periculis, id quod versato in serijs negotijs non  
potest esse incognitum. His igitur te acquiescere  
velimus, neq; nos alijs iterum scriptis, vel qua-  
cunq; ratione ad vestros conuentus pertrahi. **A-**  
gite que ex v'su vestrorum, pro quibus vobis Deo  
C iij red-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
1308.19.2.

EPISTOLÆ ALTER.

reddenda est ratio esse putatis, nostra absentia nihil vos moveat, nec cursum vestrum remoretur. Interim tamen, si quando commodè fieri poterit de quibusdam amicè conferre cogitabimus, & cum alijs nostris fratribus data occasione, hæc communicabimus. Non dubitamus te serio etiam pacem amare, ea si rata esse debet relinquenda sunt omnino ista quæ intempestivè aliquando vel in convivijs, vel pro concione quoq; proferuntur, quæ neq; à nostris fieri putamus, nec vllò pacto velimus. Quod si quis petulanter obtrectet T. R. ex nostris, quo nomine à te accusantur, & fuerit ad nostræ Ecclesiæ apud vos pastorem à T. R. delatus non patietur frater Iohannes Aquinas pro officio suo petulantem istum monere, & idem te etiam ad tuos in simili casu facturum communis tranquillitatis causa, speramus. Bene vale. Deus vobis adsit, & tueatur, Dabatur die 17. Martij. 1578. Ex utopia.

Quarta Epistola Broda ad Valdensicos socios missa.

Paulus Kyrmezerus: Senioribus societatis Valdensicæ, S.D.

Nos

NATIVIM SCRIPTÆ.

Non nescitis, venerabiles viri, in domino amici dilecti & honorandi, verba mitissimæ illius animæ, reverendissimi patris & præceptoris nostri charissimi Domini Philippi, cui vos quoq; & alijs omnibus summis illis viris orthodoxis Doctoribus & Pastoribus Ecclesiarû Domini nostri IESU CHRISTI, in exteris illis regibus AVE dicitis: Quod filius Dei Dominus noster IESVS CHRISTVS crucifixus pro nobis & resuscitatus oravit eternû Patrem in agone suo, ut faciat ut vnum simus cum ipso: idem haud dubie semper orat: Ad huius summi Pontificis precationem vota nostra quoq; coniungamus, & petamus idem, ut mentes & corda omnium docentium in his Ecclesijs copulet, ut vnum simus in Deo. Sic in nobis quoq; pium studium concordie, nõ queramus incensi odijs quod calumniose in speciem agitari possit, quaedam etiam prætereamus, quæ moveri non est vitæ. Item: Optarim omnium qui in nostris Ecclesijs docent, pium esse consensum, & unam communem hostem reprimi. Nunc, proh dolor, hoc fieri videmus, quod scripsit Thucydides, tantisper victrices fuiss. Athenas, cum duces aduersus precipuû & communem hostem coniuncti fuerunt, postea vi

C v Etas

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
1308. 11. 21.

EPISTOLÆ ALTER.

Etas fuisse cum distracti duces singuli propria  
bella quaesierunt, omisso communi hoste. Sed  
oro filium Dei Dominum nostrum IESVM  
CHRISTVM, ut nostris vulneribus medea-  
tur, & elementer colligat sibi aeternam Ecclesia-  
am inter nos, & faciat ut omnes Ecclesiae vnā  
sint in ipso. Hæc vir Dei Dominus Philippus.  
Quæ ego & fratres contubernij nostri Ecclesia-  
stici, ceteriq; contiguarum Ecclesiarum Domi-  
ni nostri IESV CHRISTI Pastores & Mini-  
stri diligentissime expendentes, existimamus  
nos quoq; ad tam amicam petitionem, imò qua  
in caelo & terra nihil maius & augustius, obte-  
stationem propter gloriam videlicet Domini no-  
stri IESV CHRISTI, & per vestram consci-  
entiam, non tantū vos responso à quibusdam se-  
nioribus vestrae societatis ad me scripto, sed mul-  
tò magis electis aliquot ex vobis viris doctis, ad  
nos missis, qui omnium vestrum nomine nobis  
dextras darent mutuae societatis, concordie, con-  
sensus & coniunctionis Ecclesiarum pignora,  
iam tandem debuisse declarasse studium illud  
vestrū, quod tantopere in utroq; vestro responso  
iactatis piæ, scilicet, pacis cum omnibus tuen-  
dæ, desiderijq; ut vnū sitis in Domino cum om-  
nibus.

NATIVITATIS SCRIPTÆ.

nibus qui hoc student. Ita nos Deus amet, si no-  
tam amicè, et tali obtestatione ad vestros conuen-  
tus inuitassetis, ad audiendā, atq; ad analogiam  
fidei excutiendam Confessionem vestram, & ad  
coniungendas Ecclesias in vnū, id quod ego  
nostrarum Ecclesiarum nomine feci nihil omni-  
no preterentes si vel in Callicuto essetis, ad vos  
cucurrissemus. Et hodie parati sumus, quando-  
cunq; nos vocaueritis, imò ut vocetis enixe ora-  
mus, ad vos aduolare. Sed video me hucusq;  
neq; meo & contubernalium meorum, neq; no-  
strarum Ecclesiarum nomine à vobis impetrare  
potuisse, quæ aperte & candido animo cupy, &  
iuste petij. Difficultates illæ & pericula, quæ  
nunc pretenditis vobis antehac nunquam, quod  
ipsi sciatis, in mentem venerunt, neq; obstiterūt,  
quin vestras Synodos conuocaretis & celebrare-  
tis quando, quoties & quocunq; in loco istarum  
regionum, in quibus vestra Synagoga sunt, vo-  
bis libitum fuisset. Vel obliti fortasse estis, vos  
solere ad vestras Synodos, aut alia vestra nego-  
cia peragenda, (dico inaugurationem Synagoga-  
rum vestrarum, & ministrorum, nouas missas  
vestras, pompam faciendorum profelytorum ve-  
strorum &c.) bonis & fortibus equis & curri-  
bus.

Regi nyomtetvanyok, Bratislava-Lyceum.  
(308.19.2.)

## EPISTOLÆ ALTERÆ

bus ornatu Baronico, aliquot gladys, bombar-  
disq; muniti, atq; cæterna animosorū, & ad que-  
uis pericula auertenda cordatorū inuenum sti-  
pati, semper proficisci. Ista saltem cæci non vi-  
dent, & muti affirmare non possunt. Super va-  
caneus itaq; hac in re annon sit nouitijs iste me-  
tus. & an vos, vos inq; deceat, maturius & ma-  
gis serio apud vos ipsimet cogitate. Omnes profe-  
cto py, & eruditi qui hodie viuunt, posteri etiam  
nostri, qui nobis succedent, poterunt ex his quæ  
hactenus inter nos vtrinq; agitata sunt, iudicare,  
annon à vobis iuste nos petierimus, ista quæ peti-  
mus, & an verè id quod vos vnice studere dicitis  
ore, manu scribitis, à vobis præstetur:

Apostolus Paulus eximium illud Organon  
Domini nostri IESV CHRISTI docet,  
Ephes: 2. medium parietem materie dirutum  
& dilapidatum esse morte & sanguine vnici in-  
ter Deum & homines Mediatoris, hominis IE-  
SV CHRISTI crucifixi, ita vt qui olim  
longè fuerunt, & qui propè iam in vnum nouū  
hominem vtrinq; inq; solidum corpus vnus capi-  
tis compacti coaluerint, & hodie coalescere possunt  
sint omnes credentes, & debeant. Eius quoq; rei  
iuxta commemorationem passionis & mortis  
sue

## NATIVITATIS SCRIPTÆ.

sue ipse Mediator nobis reliquit sacrā suam cœ-  
nam  $\omega\omega\delta\eta\nu$  &  $\sigma\upsilon\nu\delta\epsilon\sigma\mu\omega\nu$ . Vos tamen  
per vestram socialem coniurationem vos à nobis  
à nobis inquam, scitis quos nos esse antea dixeri-  
mus, nulla quam nos hodie sciamus, aut vos no-  
bis demonstraueritis, iusta causa cogente in hisce  
regionibus separantes, parietem ponitis inter nos  
inter Magistratus, inter coniuges, inter paren-  
tes, inter liberos, inter consanguineos, inter affi-  
nes, aliosq; omnium ordinum summos & infimos.  
Iste verò paries, quas distractiones, quæ odia,  
quas inimicitias, quas discordias, & innumera  
mala pariat inter omnes in Ecclesia, in politica  
in œconomia vos scitis, imò in sinum ridetis, &  
vestros ad ista contra nos & nostros instigatis.  
Hec non esse vana aut falsa, nos quotidie satis  
superq; experti affirmare possumus. Minus est  
enim nostrorum oculorum & experientie nostræ  
fallax testimonium, quam vestræ Syrenianæ lina-  
gæ, qua perbellè scitis offam in fauces inycere,  
aures obstruere, oculosq; oblinire illis eximij &  
præstantissimis viris exterarum regionum, per-  
suadentes isdem præter vos neminem, scilicet, in  
istis regionibus Euangelium purè docere: Sacra-  
menta rite administrare, disciplinam rectè ex-  
xerce-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(308. 19. 2.)

## EPISTOLÆ ALTERÆ

xercere: opus Domini dilatare, & pie vivere. Id quod abundè præ cæteris videre est in vestro responso ad clarissimum dominum Doctorem Cratonem super sententiam incomparabilis viri Domini Bezae de vestra Confessione. Omitto nunc Confessionem vestram, & prolegumena eius. Bohemicum vestrum illud scriptum post excommunicatos impurissimos illos vestri fulgentis cælibatus infelices foetus Galli, Kohant: Glandis, Zia lud, &c. Conprocerorum vestrae societatis, sinceram illam & simplicem vestri Iohannis Blahoslavii nomine totius vestrae societatis responsionem ad duas quaestiones. Responsum vestrum Domino Alberto Baroni à Pernsteyn: & alta pleraque ex vestri Iohannis Augustae, cæterorumque eiusmodi rapsodiis, in quibus id quod dico à vobis fit, sunt enim omnia ista vestra sub lima, & prope diem limatiora & lucidiora emanabunt. Quae tamen interim Deo cuncta cernenti & occulta tenebrarum oportuno tempore, illustraturo: Deo inde tempore, veritatis quod aiunt, parenti. Denique vestris mancipijs, qui ea breui, quae à vobis clam fiunt, in lucem pertrahent, pertesi iam vestrarum pedicarum, desiderantesque, ex ijs expediri, id nempe paulatim fit, Deo eos liberantes, committimus. Proinde ego quoque, meis scri-

## NATIVIM SCRIPTÆ

scriptionibus vos magis urere, & molestus vobis esse nolo. Inuoco tamen hodie caelum & terram, atque vestrum cuiuslibet conscientiam, testes, super omnibus quae vobiscum tam aperte & candidè egi. Hoc unicum addo, quod pierrissimus Imperator Constantinus quondam ad arrogantem illum & philantia turgidum Acesium novatianorum Episcopum dixit, Hist: Trip: lib: 2. Cap: 11. O Acesi, pone scalam, & si potes ascende solus in caelum, Ite nunc fratres societatis Valdenses & vos similiter facite. Interim tamen atrium vestrum in istis regionibus fortiter custodite. Bene valete, Deum oro ut vobis det bonam mentem, quo aures & oculos de industria amplius non claudatis.

Pet: Boq: Bitur:

Existimo impium esse, quod omnium cuiusvis ordinis & conditionis commune est, id totum ad se unum trahere, conarique sibi ut proprium vendicare, atque eos pessimè etiam iudicare si extra vitae genus, quod sibi novè confluxerunt, salutem parari non posse arbitrantur. Lam:

Dan:

Chry-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308.16.2.)

**EPIST: ALTERN: SCRIP:**

Chrift: in Matth: hom: 49. de fignis Antichrifti eiusq; membrorum. Deniq; inquit: Præferent maiorem continentiam, & carnis mortificationem externam, quam appareat esse inter veros Christianos. Hunnobrode III, Id: April: Anno postremæ atatis M. D. LXVIII.

Finiunt Epistolæ alternatim scriptæ Broda, & Brodam.

Valdensi socij magis non responderunt, neq; spem fecerunt ullam coniungendi Ecclesias suas cum nostris, soli in cælum scandere volentes.

CON-



**CONFESSIO**

**FIDEI ET DOCTRINÆ  
CHRISTIANÆ A MINISTRIS  
Domini nostri IESU CHRISTI re-  
formatorum Coetuum sanctæ eius  
Ecclesiæ, In inclito Marchionatu  
Moraviæ: ex verbo Dei breuif-  
simè & simplicissimè conscrip-  
ta, atq; Episcopo Holomu-  
censi exhibita Anno dñi,  
M. D. LXVII.**

Roman: 10.

Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem.

Sint vnum, doceant vnum, fateantur & vnum,  
Quicumq; à Christi Nomine, nomen habent.

**P**astorum meritò summus qui pastor habetis,

**A**uxiliare gregi, Christe benigne tuo.

**V**erbi leta tui ductus per pascua, totos

**L**iber ur à Sectis transigat, ille dies.

**V**t tua perpetuò celebrent benefacta fideles.

**S**urgat & in laudes nostra Thalesia tuas.

D

Aquilinas F.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
1303. (19. j.)

Ad pium & candidum lecto-  
rem Paulus Kyrmez:

Vnicum est verbum Dei, ut scis pie lector,  
& sibi nunquam dissimile, vel contrarium,  
scriptis Prophetarum & Apostolorum plenissi-  
me contentum. Est itaque haec confessio Fidei &  
Doctrinae Christianae ab antecessoribus nostris  
Pastoribus & Ministris Ecclesiarum Christi  
reformatarum in Marchionatu Moraviae con-  
scripta, nosque illorum successores eam retine-  
mus, non ut eam pro novo verbo Dei Ecclesiae  
eius obtrudamus, aut ut alijs pijs & orthodoxis  
Symbolis & confessionibus summorum virorum  
reuerendorum Patrum & praecceptorum no-  
strorum in Saxonia, Heluetia, Gallia, Sabau-  
dia Anglia, Rhetia, Scotia, &c. prauidice-  
mus, vel derogemus, aut eos praestitia despicias-  
mus: sed ut imprimis aduersariorum nostrorum  
praecipue autem Valdencorum sociorum, pec-  
uliariter in eo nobis detrahentium, & nos in-  
cusantium, quod nulla confessio fidei vel apolo-  
gia reformatorum ceterum Christi Domini be-  
neficio in Ecclesia eius sacrosancta, (quos ipsi  
sub utraq; vocant) in Marchionatu Moraviae,  
exstet, ut non sciant quo pacto ad nos redire, &  
se se nobis iterum coniungere possint (quod supe-  
rius

rius in secunda Epistola Broda ad eos missa ip-  
sis ostenditur) iniquis obreccationibus & im-  
portunis calumnijs, occurramus, nosque abs tali  
infamia liberemus. Ipsique destituantur iusta ex-  
cusatione, quam hactenus pretenderunt. Dein-  
de ut testemur nostrum cum omnibus, ubique  
Ecclesiae Domini nostri IESU CHRI-  
STI orthodoxis ceteribus consensum, quasi cer-  
to Symbolo, nostra ista confessione Fidei & do-  
ctrinae, contentum. Quem Deo nos Spiritu suo  
sancto benigniter iuuante & regente, retinere  
iuxta eum nostros auditores, sicut hactenus do-  
cimus, in posterum quoque uniformiter docere,  
& ad nostros posteros propagare, volumus. Cer-  
to certius enim scimus non esse dissentientem a  
scriptis Prophetis & Apostolicis, ex quibus  
tanquam ex limpidissimis fontibus Israelis riuulus  
pure promanat purus. Si quibus vero breuitas  
istius confessionis obscura vel ambigua visa fu-  
erit, utque amplio-rem eius declarationem deside-  
rauerint, petant eam a nobis, inuenient nos, deo  
iuuante, paratos. In omnibus tamen oecumenice  
Synodi omnium Christianae Ecclesiae ceterum or-  
thodoxorum discussionem & iudicium non re-  
formidamus;

Dij CON-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
1303. (16. j.)

CONFESSIO

CONFESSIO.

In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen.

**D**ivus ille Apostolus Domini nostri *IESV CHRISTI* Petrus docet in prioris suae Epistolae capite tertio, id esse munus Christianorum, ut semper sint parati ad respondendum cuilibet petenti, ut loquantur de ea, quae in ipsis est, specum mansuetudine, & reuerentia. Proinde cum haec regio Marchionatus Moraviae ob diuersas in ea haerentes sectas eo nomine apud finitimas nationes diffametur, quod in ea cuius, etiam vanissimae religioni, libertas detur & concedatur, eiusque rei causam non nisi ipsos Ministros Ecclesiarum esse, plurimi censeant, ut pote quos illegitimè ad sacrum Ministerium Ecclesiasticum accedentes, doctrinam falsam sequi, atque sanctae Catholicae Ecclesiae contumaciter repugnantes, dissolutè cum maximo scandalo

DOCTRINAE CHRISTIANAE

scandalo viuere, existiment. Ideo nos in reformatis Dei beneficio Ecclesiae eiusdem Marchionatus ex voluntate Dei per legitimam vocationem pastores & Ministri constituti, ex communi nostro consensu, & diligenti deliberatione, necessitate ipsa ob importunas calumnias & iniquas detractiones aduersariorum coacti, hoc scripto confitemur, ac verè & publicè testamur de doctrina & conuersatione nostra in Ecclesia Christi. Quò omnibus pateat nos non repugnare vlla ex parte sanctae Catholicae Ecclesiae, sed potius ei sincerè adherere, quodque nullam vnquam dederimus ansam, neque haecenus demus crescendis & multiplicandis sectis, seu falsae religioni: verum conamur & adnitimur pro viribus nostris ea exequi, quae ad aedificationem verae sanctae Ecclesiae, atque in ea cultus & honoris Deo accepti, faciunt.

DE SANCTISSIMA ET GLORIOSA TRINITATE.

D iij

DE

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308.102.2.)

CONFESSIO

I.

DE DEO Patre, Filio eius IESU  
CHRISTO, & Spiritu sancto  
corde credimus, ore confitemur, vna-  
nimiterq; docemus, vnum esse Essen-  
tia, & in tribus subsistentibus perso-  
nis, verum, viuum, æternum Deum,  
veluti id ipsum sacra scriptura aper-  
tissimè docet, & Deus noster ipse di-  
gnatus est ita sese patefacere. Moses  
enim dicit: Audi Israhel, Dominus  
Deus noster Deus vnus est. Et ipse  
de sese Deus per Esaiam Prophetam  
testatur, inquiens: Ego Dominus, et  
non est alius. Nunquid non ego Do-  
minus, & non est vltra Deus absq;  
me. Item: Quoniam ego sum Deus,  
& non est vltra me Deus, nec est simi-  
lis mei. Cùm Christus baptizaretur  
à Iohanne Baptista in Iordane, aper-  
tè tres personæ vnus diuinę essentię  
manifestatæ sunt, audita est enim  
vox celestis Patris è coelo sonans:  
Hic est Filius meus dilectus, in quo  
mihi complacitum est. Filius autem  
Dei manifestatus in carne stetit ad  
ripam

Deut: 6.

Esa: 45.

Esa: 46.

Matth: 3.

DOCT: CHRISTIANÆ.

ripam Iordanis. Ac Spiritus sanctus  
descendit visibili specie quasi colum-  
ba super ipsum Filium. Vbi ostendi-  
tur tres esse distinctas personas in v-  
nitate diuinæ essentiæ. Ipse quoq;  
Dominus Iesus disertè mandauit vt  
baptizarentur omnes gentes in no-  
mine Patris, & Filij, & Spiritus san-  
cti, &c.

Matth: 28.

Ad hæc Symbolum Apostolicum,  
Nicænum, Ephesinum, Chalcedo-  
nense, Athanasij, & si quæ sunt à ver-  
bo Dei non dissonantia, tanquam ve-  
ra & recta, cum sacra scriptura con-  
sentientia amplectimur in omnibus  
punctis & articulis, atq; auditoribus  
nostris ea proponimus, & iuxta gra-  
tiam donorum Dei nobis concessio-  
rum, enarramus.

DE DEO PATRE.

II.

PATER æternus quòd sit prima per-  
sona diuinitatis credimus, confi-  
temur, & docemus, qui sua omnipo-  
tentia,

D iij

tentia,

Regi nyomtatványok Bratislava -ügyem:  
(303.19.2.)

CONFESSIO

tentia, per coeternum filium in spiritu sancto creavit Coelum, Terram, Mare, & caetera omnia quae in eis sunt, eaq; hucusq; conseruat, regit, tueturq;. Sicut de eo Psalmista testatur: Qui fecit coelum, terram, mare, & omnia quae in eis continentur. *1. Cor: 8.* Apostolus quoq; Paulus ait: Nobis est vnus Deus, qui est Pater ille, ex quo omnia, & nos in ipso. Item: In ipso viuimus, mouemur, & sumus.

DE FILIO DEI.  
III.

**D**E filio Dei Domino nostro *IESVS CHRISTO* credimus, confitemur, & docemus, quod sit secunda persona diuinæ indiuiduae Trinitatis, nimirum coeternus Dei aeterni filius, ex aeterno Patre sine principio ab aeterno genitus, verus Deus cum Deo Patre, cui per omnia aequalis est. *Gal: 4.* Qui vbi venisset plenitudo temporis ad saluandos nos miseros peccatores descendit de caelo, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex sanctifi-

DOCTR: CHRISTIANÆ.

ctificata carne beatæ Mariæ virginis, in eius vtero carnem humanam verè suscipiens, verus homo est factus, et in ea humanitate verè est passus & in cruce mortuus, satisfecit iustitiæ Dei pro nostris peccatis nobis peccatoribus, & verè resurgens à morte attulit nobis veram iustitiam, aeternæq; vitæ beatitudinem, veluti hoc ipsum de eo prædictum erat per Prophetam Esaiam: Ecce electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. De quo postea Pater ipse testatus est dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacitum est, ipsum audite. Et Apostolus Paulus inquit: Vnus est Dominus *IESVS CHRISTVS*, per quem omnia, & nos per illum. Qui est Deus super omnia benedictus in sæcula. *Isa: 42.* *Mat: 3.17* *1. Cor: 8.* *Rom: 9.*

DE SPIRITV SANCTO:  
III.

**D**E Spiritu sancto credimus, confitemur & docemus, quod sit ter-

D v tia

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.19.2.)

CONFESSIO

tia persona sanctæ & indiuiduæ Tri-  
nitatis, nimirum verus cum Deo Pa-  
tre, eiusq; Filio Deus, non factus,  
non genitus, nec creatus, sed ab utro-  
que procedens, de quo scriptum est:  
Gen: 1. Spiritus Domini ferebatur super a-  
Iohan. 14. quas. Et de eodem inquit Christus:  
15. 16. Cum venerit Paracletus quem mit-  
tam à Patre Spiritum veritatis qui à  
Patre procedit, &c.

DE INNOCENTIA  
primorum parentum, & de  
peccato originali.

V.

DE primorum parentum innocen-  
tia & originali peccato in quo  
omnes homines nascuntur credimus  
confitemur, & docemus, quod primi  
Parentes Adam videlicet & Eua cre-  
ati erant ad imaginem Dei, casti, sine  
peccato, iusti, innocentes, & immor-  
tales, habentes veram cognitionem  
Dei, atq; sufficientes ad obediendū  
Deo, vt testantur sacræ literæ. In-  
quit

DOCT: CHRISTIANÆ.

quit enim Moses: Creauit Deus ho- Gen: 1.  
minem ad imaginem & similitudi-  
nem suam, Et in libro Sapientia scri- Sapien: 2.  
ptum est: Deus vocauit hominem  
inexterminabilem, & ad imaginem  
similitudinis suæ fecit illum. Eam  
verò innocentiam amiserant paren-  
tes primi per peccatum inobedien-  
tiæ, quòd nō tantum in eos ipsos, sed  
etiam in omnes ipsorum posteros  
peruasit, adeò vt & nos cum nostris  
posteris istius mali simus participes,  
Veruntamen ex eo lapsu & peccato,  
illi ipsi & nos baptizati, atq; agnos-  
centes culpam, & fide agentes pœni-  
tentiam liberamur per Dominum  
nostrum IESVM CHRISTVM,  
in quem confidimus, sicut Aposto-  
lus ait: Sicut per inobedientiam vni-  
us hominis, peccatores constituti fu-  
imus multi: ita per vnius obedienti- Rom: 5.  
am constituuntur multi iusti.

DE LIBERO AR-  
BITRIO.  
VI.

De

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.  
(303.16.3.)

CONFESSIO

**D**elibero arbitrio, & potentia nostra in rebus bonis post lapsum primorum parentum credimus, confitemur & docemus, quod iam nos ex nobis ipsis id quod à nobis exigit Deus neque prestare neque inchoare, neque captu seu intelligentia nostra asequi valeamus, nisi accesserit gratia & auxilium Christi domini, per sanctum eius spiritum. Dicit enim scriptura: Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab infantia. Item: Pravum est cor hominis & inscrutabile. Item: Non est iustus, ne quidem vnus, non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum, omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Item: Deus est qui agit in vobis ut velitis, & efficiatis, pro sua benevolentia. Et Christus Iohani: 15. inquit: sine me nihil potestis facere.

DE VERBO DEI.

VII.

**D**E verbo Dei credimus, confitemur,

DOCTR: CHRISTIANÆ.

mur, & docemus, quod sit authore Spiritu sancto plenè & perfectè conscriptum & comprehensum in volumine veteris & noui Testamenti. Proinde illud solum esse verum fundamentum & certissimam amussim totius Ecclesiasticæ doctrinæ ducimus & censemus, cui nihil debet ad ulterius addi, nec quicquam veri ab eo auferri, neque ab eo est declinandum in vllam partem dextræ vel sinistræ. Ecclesiasticorum autem doctorum scripta, seu sacrarum literarum interpretationes (id quod ipsi passim in suis commentarijs à nobis flagitant) in tantum accipimus, in quantum cum ipso verbo Dei consentiunt. Huc spectat quoque confessio illa Augustana appellata, quæ pie memoriæ Cæsari Carolo quinto est exhibita Anno 1530. Quam nos ita, sicut & cæteri pii & eruditi orthodoxi viri, amplectimur, ad analogiam nimirum veræ fidei, & sacræ scripturæ.

Deut: 4.  
5. 12.  
Prov: 30.

August

DE

Regi nyomtetvanyok Bratislava -Lycium.  
1308. (19. 2.)

CONFESSIO  
DE LEGE DEI. VIII.

DE Lege Dei, quæ est vna pars  
verbi Dei complectens sancta  
eius præcepta, credimus, confitemur  
& docemus, quod sit sancta, bona, &  
iusta, ex qua discimus indubitata  
voluntatem Dei, nimirum quomodo  
nos gerere debeamus cum erga ipsi-  
us diuinam gratiam: tum erga pro-  
ximos nostros, hoc ipsum docetur his  
verbis: Ego sum Dominus Deus  
tuus. Non habebis Deos alienos cor-  
am me, &c. Diliges Dominum Deum  
tuum ex toto corde tuo, & ex tota  
anima tua, & ex totis viribus tuis, &  
ex tota mente tua. Et proximum tu-  
um sicut teipsum. Huic legi diuinæ  
si vnde quæq; satisfacere possemus sal-  
uaremur per eam, sicut scriptum est:  
Quæ faciens homo, viuet in eis. Et  
Christus ait: Si vis ad vitam ingredi  
serua mandata. Item: Hoc fac & vi-  
ues. Verum cum sit natura nostra  
peccato originali corrupta, nullo mo-  
do ei satisfacere possumus. Ideo Lex  
Dei ponit ob oculos nostros peccata  
nostra

Exod. 20.  
Deut. 5. 6.

Leuit. 19.  
Matt. 22.

Leuit. 18.  
Matt. 19.  
Luc. 10.

DOCTR: CHRISTIANA.

nostra, grauesq; poenas Dei, quibus  
ea in nobis puniuntur, cum tempora-  
les, tum æternas per maledictionem  
Dei nobis deputatas, vt hac ratione  
ad Christum Dominum in quo consistit  
perfecta legis impletio, adducamur,  
sicut scriptum est: Per legem agnitio pec-  
cati. Item: Lex Pædagogus noster ad  
Christum. Item: Perfectio legis Chri-  
stus est ad iustificationem omni cre-  
denti.

Deut: 27.

Rom: 3. 7.

Gali: 3.

Rom: 10.

DE EVANGELIO. IX.

DE Euangelio credimus, confite-  
mur & docemus, quod est altera  
pars verbi diuini, complectens promif-  
siones diuinas de Christo Domino,  
quæ continentur in scriptis sanctorum  
Prophetarum, & comprehendens  
doctrinam Christi Domini & Apo-  
stolorum eius, de earundem promif-  
sionum impletione, & exactione.  
Quod videlicet Deus per illud nos  
benignè vocat & commonefacit ad  
penitentiam & fidem, quam in no-  
bis auxilio Spiritus sancti per præ-  
dicationem eiusdem Euangelij sui  
efficit & auget, quod quæ remissio-

"Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum."  
(308.16.2.)

CONFESSIO

nem peccatorum, salutem & vitam æternam, his qui Fide Euangelium suscipiunt clarè & manifestè annunciat, ac verè testatur, iuxta illud quod Dominus & Saluator noster docuit inquit: Sic Deus dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret, ut  
*Iohan: 3.* omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Item: Sic scriptum est, & sic oportuit filiū hominis pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes initio facto ab Hierosolimis. Petrus quoq; Apostolus ait: Huic omnes Prophe-  
*Acto: 10.* tæ testimonium ferunt, quòd remissionem peccatorum accepturi sint per nomen eius omnes quicumq; crediderint in eum.

DE RECONCILIATIONE CVM DEO PATRE.  
X.

DE reconciliatione nostra cū Deo Patre, qua nos miseri peccatores accepta-

DOCTR: CHRISTIANÆ.

acceptamur pro filijs Dei, & de inter-  
cessione vnus Mediatoris, reconciliatoris & intercessoris nostri Domini *IESV CHRISTI* credimus confitemur & docemus, nos miseros peccatores nulla alia ratione & per nullum alium assecutos esse cum Deo Patre reconciliationem, vel assequi posse ut ei placeamus, utq; ab eo p filijs et filiabus adoptemur, ac in nostris orationibus ad eum fuis exaudiamur, nisi per solum Dominum *IESVM CHRISTVM*, filium eius vnicum & Salvatorem generis humani, de quo dictum est per Prophetam: Ecce electus meus complacuit sibi in ipso anima mea. Et Paulus ait: *Esa: 42.*  
Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per Filij eius mortem. *Rom: 5.*  
Item: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans eis *2. Cor: 5.* peccata eorum, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Iohannes quoq; Apostolus inquit: Aduocatum habemus apud Patrem *IESVM* *1. Iohan: 2.* **CHRISTVM** iustum, & ipse est  
E pro-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
1303. (19. j.)

CONFESSIO

propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro peccatis totius mundi. Item: Hæc scripsi vobis, qui creditis, creditis in nomen filij Dei, vt sciatis vos vitam æternam habere, & vt credatis in nomen eius. Et hæc est fiducia quam habemus apud ipsum, si quid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.

DE ECCLESIA.  
XI.

DE sancta Ecclesia credimus, confitemur, & docemus, quod sit congregatio hominum in nomine domini nostri IESV CHRISTI vt sit populus Dei, post ascensionem Christi domini non iam ex vno populo, sicut ante ascensionem, sed ex totius orbis populis nationibus, & linguis collectus, agnoscens solum Christum esse suum Dominum, caput, & fundamentum, in quo ædificatur per solum doctrinam Propheticam & Apostolicam purè & sincerè sonantem.

De

DOCTR: CHRISTIANÆ.

De hac Ecclesia loquitur Christus dicens: Multi ab oriente & occidente venient, & decumbent cum Abrahamo, Isaaco, & Iacobo in regno cœlorum, filij autem regni eijcientur foras. Item: Habeo adhuc alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, ibo tamen & adducam eas, fietq; vnus Pastor, & vnum ouile. Et Apostolus inquit: Dedit eum caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus eius. Item: super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, existente summo angulari lapide ipso IESV CHRISTO. Huic autem Ecclesiæ sunt externè immixti mali & hypocritæ, quos ob externam eorum simulationem pietatis eijcere non possumus, sic enim sunt mansuri vsq; ad consummationem sæculi. Id quod ipse Dominus plurimis similitudinibus docet.

DE SACRAMENTIS.  
XII.

DE Sacramentis à domino nostro IESV CHRISTO institutis, credimus.

E ij mus.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308.19.2.)

CONFESSIO

mus, confitemur & docemus, quod sint inuisibilis gratiae Dei visibilia signa, seu visibile verbum, quae nobis testantur, quod Deus per ea agit ac nos certificat perinde atque per suum verbum de suo favore, gratia, atque immensa & ineffabili charitate, cor nostrum excitans & confirmans ad credendum suis diuinis promissionibus. Quinetiam Sacramenta sunt symbola & tesserae religionis nostrae Christianae, quibus certi reddimur, nos esse Christi, & quod vicissim Christus noster sit cum omnibus suis meritis & beneficijs nobis per eum praestitis.

DE SACRO BAPTISMO, XIII.

DE sacro Baptismo credimus, confitemur, & docemus, quod est Sacramentum à CHRISTO in eius Evangelio loco circumcisionis, institutum eique additum, ut baptizarentur in nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti omnes gentes, ad testandam &

DOCT: CHRISTIANAE.

& obfignandam regenerationem nostram & adoptionem in filios & filias Dei, & ad declarationem aeterni foederis diuini, per gratiam Spiritus sancti, & purificationem à peccatis per sanguinem IESU CHRISTI, ad confirmationem insertionis per Fidem in Christum Dominum, atque ad renouationem vitae nostrae. De hoc Sacramento mandauit Apostolis suis Christus dicens: Euntes docete *Matt: 28.* omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et Apostolus ait: An ignoratis *Rom: 6.* quod qui baptizati sumus in Christum IESUM, in mortem eius baptizati sumus. Item: Quicumque in *Gal: 3.* CHRISTVM BAPTIZATI estis *1. Pet: 3.* CHRISTVM induistis. Item: Petrus inquit: Baptismus nos saluos reddit non quo carnis sordes reijciuntur, sed quo fit ut bona conscientia benè respondeat apud Deum per resurrectionem IESU CHRISTI.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(308. 16. 2.)

CONFESSIO  
DE SACRA COENA  
DOMINI,  
XIII.

DE sacra Coena domini nostri *IESV CHRISTI*, credimus confitemur & docemus, quod sit veri corporis & sanguinis domini nostri *IESV CHRISTI* sacramentum, sacro eius Euangelio additum, & in eo institutum, consistens re duplici, vna terrestri, & visibili, altera verò celesti & inuisibili, de qua tamen ex verbo Dei auditur, destinatum ad commemorationem & annunciationem passionis & mortis eius, quam appetijt pro peccatis nostris, quò videlicet Fides nostra confirmetur, ac spiritali cibo anima vniuscuiusq; credentis alatur & nutriatur, representeturq; communio qua Christo domino capiti nostro, & nobis membris inuicem iuncti sumus, iuxta id quod Christus dominus ait: Hoc facite in mei commemorationem. Et Paulus: Quotiescunq; enim ederitis panem hunc & poculū hoc biberitis mortem domi

*Matt: 26.*  
*Mar: 14.*  
*Luc: 22.*

DOCT: CHRISTIANÆ.

domini annunciabitis donec veniat. *1. Cor: 11.*  
Item: Poculum benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio san *1. Cor: 10.* guinis Christi est: Panis quem frangimus, nonne communio corporis Christi est: Item: Vnum corpus multi sumus, nam omnes ex eodem pane participamus. Proinde iudicamus esse necessarium, atq; Ecclesiasticæ disciplinæ conueniens, vt illi omnes qui Coenæ domini participes esse volent, prius à nobis instituantur de Fide in Deum Patrem, deq; cognitione Filij eius domini nostri *IESV CHRISTI*, deq; vera Fide in eum, atq; in Spiritum sanctum, ne sine probatione sui hoc Sacramentum sumant, docente id Apostolo: Probet autem se homo, & ita de pane illo edat & de poculo bibat.

DE RITIBVS ECCLESI-  
ASTICIS.  
XV.

DE ritibus Ecclesiasticis sentimus, docemusq; iuxta Apostolū Paulum,  
E iij lum,

Regi nyomtatványok Bratislava - Luceum.  
(303.16.7.)

CONFESSIO

1. Cor: 14. lum, quoniam omnia in Ecclesia decenter & bono ordine fieri peragiq; debent, eos ritus qui verbo Dei non repugnant, sed ad ædificationem veri cultus Dei, & Ecclesiæ CHRISTI feruiunt, necessario in Ecclesia retinendos esse. Quapropter huiusmodi ritus omni superstitione semora in nostris templis retinemus, & obseruamus, circa ministerium Ecclesiasticum nostra vernacula lingua videntes.

DE MAGISTRATV.  
XVI.

DE Magistratu seu potestatibus supereminentibus in hoc mundo, videlicet, de Imperatore, Regibus, Principibus, Baronibus, & omnibus gubernatoribus in regimine politico constitutis credimus & docemus, quòd sint non postrema pars sanctæ Ecclesiæ CHRISTI, proptereaq; illorum vocatio, & administratio sit ipsius Dei ordinatio ad tuendam & promouendam in primis Ecclesiam, ad protectionem bonorum,  
cor-

DOCT: CHRISTIANÆ.

correctionemq; malorum, quibus necesse est esse subditos omnes inferiores, non solum propter iram, sed magis propter conscientiam, sicut docuerunt Apostoli domini. Inquit enim Paulus: Omnis anima potestatibus supereminentioribus sit subdita, non enim est potestas nisi à Deo. Idem Petrus quoq; docet, Proinde sæpius admonentes auditores nostros vt debitam obedientiã magistratui prestent, nõ solum nos ipsi pro eo ad Deũ preces fundimus, sed auditores nostros etiam docemus Deũ, vt Magistratui pro sua clementia in omnibus benedicat quæ ad augmentum gloriæ, honoris, & cultus sui diuini, & ædificationem Ecclesiæ sue, protegendisq; nobis contra hostes, & ad concordiam Ecclesiæ, ad veram publicam honestatem pertinent, necessaria sunt. Vt Deus per Magistratum nos in sua Ecclesia cum hac doctrina & religione vera custodire, defendere, ac conseruare dignetur. Quandoquidem Magistratus est officium veram

Rom: 13.  
Tit: 2.  
1. Pet: 2.  
1. Tim: 2.

Ev Eccle-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.16.2.)

CONFESSIO

*Esa: 49.* Ecclesiam ita tueri, velut per Prophe-  
tam idipsum promisit Deus dicens:  
Erunt Reges nutritores tui, & Regi-  
nae nutrices tuae. Ac vt ab ipsis tol-  
lantur & euertantur omnes idolatri-  
ci cultus, velut idipsum olim factum  
est à pijs Regibus Iosaphat, Ezechia,  
&c.

*4. Reg: 19.  
2. Para: 16*

DE BONIS OPERIBVS.  
XVII.

**B**ona opera ea esse credimus, & do-  
cemus, quae Dominus Deus in le-  
ge sua praecepit, & quae Spiritu suo  
sancto in nobis inchoat, agit, & per-  
ficit: Nec censemus ideo esse facien-  
da, vt per ea remissionem peccato-  
rum consequamur, ac regni coelestis  
haeredes esse mereamur: Sed vt ex  
fide Deo obedientiam praestemus,  
nostram fidem veram, ac gratitudi-  
nem dignam pro eius beneficijs de-  
claremus, vt tali pacto etiam infide-  
les ad veram Fidem, & ad glorifican-  
dum Deum exemplo nostro excitentur.  
*Ezech: 20.* Huc spectant illa: Ego Domi-  
nus Deus vester, in praeceptis meis  
am-

*Ezech: 20.*

DOCT: CHRISTIANAE.

ambulate, & iudicia mea custodite,  
& facite ea. Item illud Pauli: Ipsius  
opus sumus, conditi in *CHRISTO*  
*IESV* ad bona opera, quae praepara-  
uit Deus, vt in illis ambulemus. *Ephes: 2.*  
Item: Is qui coepit in vobis bonum o-  
pus, perficiet vsq; ad diem *IESV* *Phil: 1.*  
*CHRISTI*, vsq; sitis sinceri, & sine of-  
fensione in diem *CHRISTI*, repleti  
fructu iusticiae per *IESVM CHRI-*  
*STVM*, in gloriam & laudem Dei.  
Huc est referendum dictum *CHRI-*  
*STI*: cum feceritis omnia, dicite in-  
utiles serui sumus, quod debuimus  
facere, fecimus. *Luc: 17.*

DE POENITENTIA.  
XVIII.

**D**e poenitentia credimus, & doce-  
mus quod sit agnitio peccatorum,  
vera contritio seu dolor cordis, & ab  
eis toto corde auersio, atq; ad Domi-  
num Deum non simulata conuersio, per  
Fidem in *CHRISTVM* victimam,  
Mediatorem & deprecatoem. Ta-  
lem poenitentiam Deus in nobis in-  
choat & efficit gratia sua per verbum  
suum

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.  
(308.16.3.)

CONFESSIO

Joel: 2.

Mat: 15.

Malach: 16. 18.

suum & Spiritum sanctum, ad quam omnes hortatur per Prophetam dicentem: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, Et additur à Regio Propheta consolatio: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Qui itaq; ea ratione poenitentiam agunt peccatorum suorum, & eorum sibi conscij Domino Deo ea confitentur, & ex intimo corde de eis dolentes ad Euangelium confugiunt, ac Dominum IESVM CHRISTVM vera Fide intuentur, orantes Deum Patrem, vt ob merita Filij sui ea illis remittere dignetur, quandoquidem iam hi non amplius ex lenitate animi peccare instituunt, ijs per Ministros Ecclesie CHRISTI peccatorum remissio annunciatur, & ab eis absoluuntur iuxta mandatum Christi, eiusq; exemplum, atq; Apostolorum eius doctrinam.

DE SATISFACTIONE  
pro peccatis nostris.  
XIX.

De

DOCTR: CHRISTIANÆ.

DE Satisfactione pro peccatis nostris credimus & docemus, quod sicut Dominus noster IESVS CHRISTVS solus est fundamentum salutis nostræ, & sufficiens oblatio nostra pro peccatis nostris: ita quoq; is solus etiam est vnica satisfactio nostra ad iustificationem coram Deo Patre in æternum valens & per manens, testante id Apostolo: Christus semel ingressus est in sancta sanctorum, æterna redemptione reperta. Item: Omnis quidem sacerdos adstipit quottidie sacra peragens, & eadem sapius offerens hostias, quæ nunquam possunt aufere peccata: Hic verò vnica pro peccatis oblata victima perpetuò sedet ad dexteram Dei. Cuius sanguis emundat nos ab omnibus peccatis nostris.

DE SCANDALO:  
XX.

DE Scandalo, quod per dissolutam & inhonestam conuersationem

Reji nyomtatványok Bratislava-Lyceum.  
(308.19.2.)

CONFESSIO

nem Ministrorum Ecclesiae, ipsi Ecclesiae & vulgo auditorum datur, sentimus & docemus nemini nostrum ex ministris Ecclesiarum Dei beneficio reformatarum esse conuiendum. Ideo nos id vnicè optantes vt huiusmodi scandala tollantur, ex communi nostro consilio decreuimus, vt auxiliante Deo in administratione vocationis nostrae honestè, piè, & sanctè viuamus quo simus bono exemplo nostris auditoribus ceterisque omnibus hominibus, vt videntes nostra bona opera glorificent Patrem nostrum qui in caelis est. Quod vt facilius, & diligentiore ratione à nobis obseruetur seu praestetur, elegimus nonnullos ex nostro numero, quibus officium Inspectorum, cuiuslibet contubernij iuxta prouincias in hoc Marchionatu, detulimus & commendauimus, (Decani ij appellant) annuentibus id ipsum & confirmantibus Magistratibus pijs nostris, vt diligenter ceteris confratribus, ad eorum contubernium pertinentibus

præ

DOCTRINÆ CHRISTIANÆ.

praesent. Quibus nos omnem debitam reuerentiam & obedientiam promissimus, parati eorum gubernationi obsequi, hortatui morem gerere, & poenis iustis subiacere.

DE EXTREMO IUDICIO.

XXI.

DE die extremi iudicij, de resurrectione mortuorum, & vita atque condemnatione aeterna, credimus, confitemur & docemus, quod certò circa consumationem huius mundi venturus est è caelo Dominus noster IESVS CHRISTVS ad exequendum suum iustum iudiciũ, ad quod omnes homines in eo ipso corpore in quo in hoc mundo vixerunt, hodie viuunt, & ad finem mundi viuent, in quo mortui sunt vel morientur, malos pariter ac bonos, summos simul & infimos, cuiuscunq; vel sexus vel aetatis quisq; fuerit, resurgere necesse est, malos quidem ad aeternos crucia

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308.192.)

CONFESSIO

cruciatus in inferno, bonos verò ad perpetuum gaudium in coelesti æterna vita. Ideò diligenter hortari solemus omnes auditores nostros vt in vita ista præsentipiè, honestè ac sanctè viuant, & vt ex vera fide in Dominum nostrum *IESVM CHRISTVM*, cum timore & tremore suam ipsorum salutem operentur, cum gaudio expectantes euocationem et exitum ex hac misera vita, concepta indubia spe, se cum suis corporibus glorificatis per dominum *IESVM CHRISTVM* ad æternam vitam resurrecturos. Sicut Iob ait: Scio quòd redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Et Saluator ipse inquit: Et prodibunt qui fecerunt bona in resurrectionem vitæ: Qui verò mala fecerunt in resurrectionem condemnationis.

Iob: 19.

Iohan: 5.

EPI.

EPILOGVS CVM  
PIO VOTO.

**D**eus Pater Domini nostri *IESV CHRISTI*, cuius sancti nominis gloria per veram & rectam doctrinam in eius Ecclesia innotescit, & celebris redditur, dignetur suo diuino auxilio omnibus nobis docentibus & discipulis, summis & infimis adesse & sancto suo Spiritu ita nos regere, vt in confessione & propugnatione huius puræ, veræ, & salutaris doctrinæ per omne tempus vitæ nostræ vnanimè perseuerare, inuitis etiam portis inferorum, possimus: atq; in pietate & honestate vitæ nostræ vt decet, functionem nostram ornemus: & quottidie magis ac magis in omni bono, Deo placito, & nobis saluari, augeamur, atq; ipsius solius benigna gratia proficiamus cum omnibus electis eius, ad vitam æternam, **AMEN.**

Sed tu Domine vsq; quo?  
Veni cito Dñe Iesu. Amen.

F. EPI.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(303.1/9.2.)

EPISTOLA  
EPISTOLA

PAULI KYRMEZERI:  
ADEXIMIVMET  
Doctissimum virum N. N.

Euancicij Societati Valden-  
sium ante non multos  
menses addictum.

S.

**C**Larissime & doctissime  
Vir, Reuerentia tui, quam tibi  
multis nominibus debeo non est pas-  
sa me tibi ita acerbè respondere, li-  
cut Epistola illa, nuper manu tua, ex  
aliorum tamen mente, satis pro ipso-  
rum imperio pontificium fulmen spi-  
rante, quo aliquis timidiusculus pro-  
telari facilè potuisset, scripta, atq; ad  
nos per Vodiczka principem Synago-  
gæ Valdensicæ, quam hic quoq; Bro-  
dæ habent, allata flagitasset, parco  
itaq; tibi. Scis me dudum tibi oram  
& per Epistolam significasse, me ali-  
ud non agere, quam vt Valdenses  
præ

PAV: KYRMEZERI.

præcariò, opportunè vel importunè  
pertraham ad præstandum re ipsa,  
quod passim in suis rapsodijs vltro  
pollicentur, præcipuè autem in Epi-  
logo octo quarundam suarum rati-  
onum, quibus se deterreri præten-  
dunt, ne etiam templa nostra ingre-  
di audeant. (iube tibi illas octo ra-  
tiones ostendere, & an hisce nostris  
temporibus sint iustæ, iudica iustè)  
reformatione nimirum facta in no-  
stris templis, se non inuitè & coactè,  
sed spontè, ac libentissimè in ea in-  
gredi, & nobiscum coalescere velle,  
esset enim ipsis, meo & omnium pi-  
orum iudicio, si non tantum dice-  
rent, sed dicta præstarent quoq; con-  
sultius, ob id primò, quòd tales, qua-  
les ipsi sese suis mancipijs, omnibus-  
que alijs, exponunt, & videri vo-  
lunt, non deceat non præstare quod  
pollicentur, nam mendacium id ma-  
gis esse hominum: Deinde multa il-  
la mala de quibus ipsis in postrema  
illa ad ipsos Epistola scripsi, præcide-  
rentur in Ecclesia, Politia, & Occo-

F ij nomia,

Regi nyomtetvinyok, Bratislava-Lyceum.  
(308. 19. 2.)

EPISTOLA

nomia, fieretq; daemoni & toti eius regno dolor & luctus, nam hinc multa ei decederent: Econtra plurima bona in Ecclesia, Politia, & Oeconomia emergerent & crescerent, indeq; fieret Deo, Angelis, & toti Ecclesiae res grata, gaudium, & exultatio, nam multa accederent. Deniq; possemus coniunctis animis, consilijs, et viribus occurrere imminenti communi a communibus hostibus periculo, quod aduersum hanc prouinciam per eos Satan mouetur, potius quam vt permittamus dissoluti & disiuncti idem nobis euenire, quod muri & ranæ in pugna ab accipitre: vel quod D. Paulus Gal: 5. minatur: Imò ne ipsis peculiariter contingat, quod D. Caluinus Epist: 298. praedicat Polonicis Valdensibus, isti q; Morauici ante non multos annos experti fuissent, nisi tunc astu sibi prospexissent. Scio te nondum oblitum esse eius, quod anno superiore mihi, & Domino Datriði Reusio nostro, atq; ciui illi Brodensi, comitibus meis istis

PAV: KYRMEZERI.

is istis dixeras, persuasum tibi videlicet esse à Valdensibus, omnes Sacerdotes in Morauia, qui sunt extraconiurationem Valdensicam, esse tales, qualis est istis Pastor, nempe Calixtinus, idest plusquam semipontificios. Cùm autem Valdenses nunc poterunt demonstrare nos tales esse, aut in doctrina vel ritibus aliquid pontificij obseruare, praeter templam, iam dudum aedificata, & lineam vestem, (nisi ista sola nos pontificios redderent, & propterea indignos cum quibus coalesceretis) nonne intelliges, si ad id in quo nobis tam maleuolè detrahunt, taceremus, nos veritatem prodere: an non potius iudicabis & fateberis, nos vero Zelotincensos, necessaria contra istos necessitate trahi: Sed tu ista melius considera, & praecipitantiae tuae modum impone. Quod idoneo non sum ad facetias, sicut scribis, ingenio, bene habet, malo enim ea quae ad Ecclesiam pertinent, seriò, aperte & candidè agere, etiamsi non adsit sub-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.1/2.2.)

EPISTOLA

limitas orationis, aut fucosa huma-  
næ sapientiæ verba. Sed non scio  
quid Valdensibus faceti scripserim,  
hoc autem scio certò, me illis non  
maledicere, nisi ipsi mala putent, que  
ego vera scripsi. Ista tamen omnia  
tempus te edocebit. Hoc unicū nunc  
addo, cum D. Beza: Qui sunt illi qui  
imperiosè volunt alios reprehende-  
re, & condemnare, in sua tamen in-  
quiri nolunt? Ad cætera quæ tua  
Epistola adhuc continet, responde-  
bo posthac si volueris, cum mihi pri-  
us Valdensici ad quæstiones hinc ad-  
scriptas responderint, vel tu proipsis,  
& cum tu quoq; adiunctam assertio-  
nem tanquam reliquorum specimen  
(quæ non ut tu putas ab aliquibus  
Valdensibus inferioribus, hyperbo-  
licè est declamitata, neq; adeo obso-  
leta, sed à tota societate Fratrum sci-  
licet legis Christi (*Gednoty Bratske  
Zakona Krystovva*) publicè est ante ali-  
quot annos edita,) benè legeris, &  
quid tibi de ea videatur, mihi signifi-  
caveris. O si Bohemicè scires, ut pos-  
ses

PAV: KYRMEZERI.

ses ipse eorum rapsodias legere, &  
intelligere, mirareris certè, & tum  
demum diceres, te nunquam putasse  
tantam inter istos lucem luxisse à  
tempore Thaboritarum, si dijs pla-  
cet. Præcipuè autem libellum eorum  
de libero statu, quem supra viduum  
& matrimonialem extollunt, in eo  
plusquàm pontificissantes, deinde du-  
os libros pro eorum Sacerdotibus,  
maioribus & minoribus, quos verè  
posses appellare pontificale maius et  
minus, nam videres in illis multa ita  
lucentia, ut sine admiratione, ea non  
posses legere, vel audire, vix enim  
pontificios scriptores plura scripsisse  
arbitror, quæ magis pontificia dici  
possent: de gradibus Sacerdotum:  
de confessarijs: de confessione: de ne-  
cessaria omnium peccatorum iuxta  
singula præcepta decalogi enumera-  
tione: de septem peccatis mortali-  
bus: de poenitentia: partibus, con-  
tritione, confessione, & canonica sa-  
tisfactione: ieiunio videlicet, orati-  
one, & elemosina: De septem Sacra-  
men-

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:  
(308. v. 2.)

EPISTOLA

mentis: de octo beatitudinibus: de rebaptizandis à Sacerdotibus baptizatis: de canone minore in commemoratione Domini (nam in maiore pontificali suo canonem alterum maiorem habent) de gesticulatione cum particulis panis cœnæ, & cum calicibus: de reliquijs cœnæ, et innumera talia pontificiorum deliria, in minori isto eorum pontificali contenta, quod ego habeo, & in spe sum, me prope diem maius quoque adepturum. Si contingeret te aliquando ad nos venire omnia ista tibi ostenderem, & explicarem, Sed ecce qualia sunt ista quæ ad me scripsisti, te non meminisse, ubi à tempore Thaboritarum fuerint aliæ Ecclesie, in quibus tantum lucis luxerit, quantum in istorum synagogis. En lucem Valdensem delineatam habes. Sed transferant potius utrunque in latinam linguam, & mittant D. Bezæ, alijsque eximijs viris. De his autem plura posthac.

QVÆ

PAV: KYRMEZERI.  
QVÆSTIONES.

I.

Pertinetne sacrum Ministerium Ecclesiasticum ad omnes in uniuersum homines, non solum quo ad ministros, & administrationem: Sed quoad eos etiam quibus administrari debet: an verò ad aliquos peculiariter est restringendum, & qui, ubique illi sunt ad quos restringi debet.

II.

Vnde Ministerium Ecclesiasticum habet suam auctoritatem, & vigorem, à Christo: an à Ministris, vel ab ordinatione ipsorum: seu ab ijs ad quos peragitur: siue à loco in quo peragitur, ubicunque ille sit.

III.

Homines audientes Euangelium purè doceri, eisque verè credentes, etiamsi non iurauerint in societatem Valdensem ritu ipsis solito: aut si addicti ipsis à societate ipsorum deficiuerint, & nobis sese adiunxerint: suntne vnà nobiscum vera, veræ Domini Christi Ecclesie, membra.

F v Est.

EPISTOLA

IIII.

Estné sola seiunctio à nostris templis, & addictio synagogis Valdencis ritu ipsorum, minori pontificali contento, verum duntaxat signum verę Ecclesię Christi.

V.

Soliné reditus nostri Ministerii, utpote pecunię, frumenti, &c. sunt signum falsorum Ministrorum Ecclesię.

VI.

Afferuntné hodie Valdenses, quod ante hac asseruerunt, demonstraturque in assertione ipsorum hęc adposita, coniugio Sacerdotum prophani Ministerium, ita ut Minister uxorem ducens non possit Ministerio defungi: vel ut tantum docere possit, non autem Sacramenta administrare, præcipuè verò sacram cœnam:

Ad has quæstiones iube eos piè, dilucidè, sincerè, & sine ambiguo fuco respondere, aut tu pro ipsis responde, nam iuxta eas facilimè id omne

PAV: KYRMEZERI.

ne quod eos hæctenus impedijt poterit elici, cognosci & tolli, poterimusq; pariete delapidato in vnum solidum illud sanctę Catholice Ecclesię corpus, cum omnibus veris membris eius, ubiq; terrarum fuerint, (Si tamen Valdenses vltos extra ipsorum coniurationem pro veris membris habent) in vno Spiritu & Fide coalescere. Quod ut nobis benignè largiri dignetur vnicum illud suę vnice sanctę Ecclesię caput, Dominus noster *IESVS CHRIVS* ex animo precor, ne igitur sibi ipsis Valdenses desint, nos ipsis desse nolumus. Benè vale Domine reuerenter Colende. Hunnobrodæ 8. Idus: Nouemb. Anno postremæ ætatis M. D. LXXVIII.

Ad pium & candidum lectorem P. K.

*En damus tibi pie & candide Christiane lector specimen eorum quę in quarta Epistola supra posita, à nobis ad Valdencicos proceres scripta*

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 11  
(308.19.2.)

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.  
1308. (16. 2.)

ASSERTIO SPONGIA

scripta tibi daturos promissimus, Lege cum ve-  
ro & serio timore Dei, & discerne Spiritus an-  
ex Deo sint. Talia plura paulo post ace-  
cepturus. Bene in Domino I E.  
SV vale, & pro nobis  
Deum ora.

ASSERTIO  
VALDENSI-  
um de Cœli-  
batu Ministro-  
rum Ecclesiæ.  
Excerpta ex ip-  
sorum libello  
Bohemicè im-  
presso, Anno  
Domini 1558.  
In quo respon-  
dent Magnifi-  
co & Genero-  
so Dño Al-  
ber-

SPONGIA  
PAVLI KYR-  
MEZERI mollis  
& leniuscula, ad de-  
tergendas aspergines,  
quas in ista assertione  
illeverunt sacro Con-  
iugio Ministrorum.  
Valdensi socij: Scri-  
pta Hunno-brode. An-  
no postrema etatis  
1578.

PRÆFATIO  
ad pium Lectorem:  
Nolo te nes-  
cire pie &  
Chri-

ASSERTIO SPONGIA

berto Baroni  
à Pernsteyn,  
&c. ostenden-  
ti aliquot rati-  
ones, quare in-  
corum, quam  
vocant, vni-  
tatem nolue-  
rit iurare, in-  
ter quas istam  
quocq; posuit:  
Valdenses ha-  
bere Matrimo-  
nium Sacerdo-  
tum pro re vi-  
li, superflua,  
& inordinata,  
atque ob id  
eos nolle pati  
ministrum ma-  
ritum inter ip-

Christiane Le-  
ctor, si boni isti  
socij Valdensi  
hanc Assertionē  
misissent ad D.  
Caluinum inser-  
tam Epistolæ ex  
Carmelo ad eum  
scriptæ, Anno  
1560, aut si duo  
illi Mercurij ipso-  
rum, quorum in  
ea mentionem fa-  
ciunt, ita sese co-  
ram eo & toto  
Presbyterio Ge-  
neuensi per  
hoc articulo de-  
clarassent, absq;  
dubio aliud re-  
sponsū tulissent.  
Sed sapuerunt  
mea quidem &  
aliorum senten-  
tia, quod hæc re-  
ticuerunt. Quam  
uis

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308. 16. 2.)

ASSERTIO.

fos docere, vel cæteris munis que ministerium requirit, defungi: arbitantes omnes habere donum continentiae, &c. Eorum verba latine ita sunt red- dita.

D. Lutherus, D. Philippus, D. Bucerus, & cæteri præstantissimi viri exterarum regionum hanc assertio- nem vidissent, eamque legissent, certè alias comendatorias ipsis dedissent, quam sunt ille, ipsorum confessioni additæ, quibus, sese plusquam decet iactitantes, abutuntur ad condem- nandum illos ipsos commendatores, ceterosque omnes docentes & discen- tes qui in ipsorum societatem non iurâ-

SPONGIA.

uis prius ad unum ex principibus ipsorum ea de re multa scripserit, quibus potuissent contenti esse (si micam frontis ha- berent) quæ ex- tant Epistola 371. Sed dudum ad omnem pudorem frontem perfrica- verunt & in im- pudicitia occallu- erunt. Ad hæc si

ASSERTIO. SPONGIA.

iurârunt, ubicunque locorum fuerint. Nam sciunt egregie aures illorum summorum virorum fallere oculos oblinire, atque offam in fauces iniice- re. Fallant potius oculos Dei, ne eorum arcana flagitia videat, & re- uelet, sed frustra id cogitant, non e- nim fefellerint. *ἐχει θεὸς ἐν δίκῃ ὄμμα.* Iamque in veritate perficitur sermo Christi, Matth: 10. Nihil est tam oc- cultum quod non reueletur: & tam oc- cultum, quod non sciatur. Id ipsum olim quoque Deus prædixerat, Naum 3. Ecce ego ad te, dicit Deus exerci- tum, & reuelabo pudenda tua, & ostendam in gentibus nuditatem tu- am, & in regnis ignominiam tuam,

BONA FIDE.

SPONGIA.

i. Quare non in Ecclesia Domini? Quid tu pie Lector hinc potes colligere, quam istos Valdensi-

ASSERTIO.

Quarto, incur- sat nos quod do- centibus in no- stra i. vnitate in- terdicamus con- iugis

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(308.16.2.)

**SPONGIA.**

eos bonos socios esse Phariseos, id est, se paratos ab Ecclesia Dei Catholica, ac ob id se esse iustiores ceteris, præcipue autem ob ipsorum coelibatū, quo sibi ita placent, ut putent se non sibi tantum, sed suis etiam mancipijs, mereri cœlium: quod euidentissimè demonstrari potest ex integro illo libello quem de statu libero compilauerunt: deinde ex hoc etiam, quod cum cœtibus reformatis Catholice Ecclesie rursus coniungi nolunt, sed omnes contemnunt et condemnant. 2. Vide pie lector, isti homines cum non possint resiste ad analogiam Fi

**ASSERTIO.**

iugium, arbitantes fortasse omnes habere donū continentie. Et hæc est illa Helena, propter quam Baro istud bellū contra nos mouit, &c. ad hanc inculpationem cogimur aliquantō

2. cautius respondere. **PRIMO**, nos Ministris Domini in nostra unitate, pre laudabili, à spiritu sancto in sacra 3. scriptura, atq; exemplis primitiue Ecclesie valde commendata, & concilij Ecclesie promulgata & confirmata ducimus, **ut**

**SPONGIA.**

dei & Doctrinae respondere dicunt se cogi respondere cautius, sed scilicet quamobrem, ne ipsorum mancipia suboleant ipsos non esse tam castos, quam cautos. Sed bene se habent principia, siquidem Deus ipsis in limine facit impingere; volens eorum satis diu occulta patefacere. 3. Considera sanè suum Valdensibus, id est, impostoribus dignum, pie lector. Reserunt se ad sacram scripturam: sed ostendant vnicum duntaxat testimonium eius. Ad exempla primitiue Ecclesie: proferant vnicum. Ad concilia Ecclesie: Demonstrant canonicis & decretis. Sed heus tu pie lector, priusquam id fecerint, ad Græcas videlicet calendæ facturi, poterisne esse tam leuis corde, ut ipsis fidem adhibeas? non arbitror, neq; suadeo.

**ASSERTIO.**

ut Ministri Domini ubi id fieri potest, & quibus Dominus ad id donum dat, in statu libero vel continente, virgineo vel viduo sese 4. contineant, propter multam 5. libertatem, & ad euitandum intricatas 6. molestias, aliq; impedimenta, propterea nos hoc 7. laudamus, nobisque & alijs consulimus. **G** Deinde

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.19.2)

SPONGIA ASSERTIO.

Deinde vide ne sis ita incautus, ut tibi patiaris imponi nomine Ecclesie & Conciliorum. Nam latet anguis in herba.

4. Novem autem ubi sunt? ostendant tibi pie lector, Valdenses socij duos tales, ex omnibus quotquot fuerunt in ipsorum separata illa unitate ab initio Thaboritice separationis, vsq; huc, & dic fuisse & esse mille.

5. Principes Valdenciarum Synagogarum, qui sese nominarunt Frater Kobant; Frater Zialud; Frater Sstiaštny; latine Gallus; Glans; Fœlix; dicti, aliq; innumeri, quid putas pie lector, annon libertate bene vsi sunt, eligendi scilicet ex tribus, quatuor, aut pluribus sororculis, que ipsis placuerunt? vab libertatem?

6. De molestis & impedimentis matrimonij, qualia isti myfogami pretendunt, lege pie lector Epistolam D. Calvini 371. ad ipsos scriptam. Item librum D. Hyperij de coniugio: & aliorum Doctorum virorum. Insuper

De hoc quoq; D. 8. Paulus ardue scribit 1. Corinth: 7. idem consulens, seseq; pro exemplo proponens Spiritus iudicio & cognitione, Imò ipse scriptor libelli scribit se eos non perstrin-

SPONGIA ASSERTIO.

quere ex ipsis an semper concionentur: an semper baptizent: atque cœnam ministrant: an nunquam comedant: bibant: dormiant: sedeant: iaceant: deambulent: quare autem ista non sunt impedimento sed solum matrimonium.

7. Laudate, fulcitate, quantum potestis, aliq; consulite: nam si ita non feceritis, omnino actum erit de regno vestro.

8. Ne omnino exemplis sacre scripture destitui, & carere videantur, pie lector, nonne vides eos proferre testimonium scriptum, Exemplumq; viuũ, neq; ita me Di ament, contemnendum. Sed indica de exemplo recte, & considera applicationem, ac proinde ex ipsis quere cui D. Paulum ista scripsisse vel consuluisse putant? solisne Ministris Ecclesie Corinthiace,

stringere qui dono continentia sunt præditi, neque tamen quale donum putet exprimit: nam in hoc plurimum est situm, habetne pro dono insensibilitatem aliquã, aut non inclinationem ad alterum sexum, 9. fallitur: nam Christus tales excipit, inquiens, eos vel à natura vel ab 10. hominibus esse castratos.

Regi Ryomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1308.162.

SPONGIA:

aut aliarum? iube demonstrare, vel precipue Ministris? dic ut hoc quoque probent. At at, dicent fortasse: non solis Ministris, sed & Ministrabus, vah quam recte. Tu ipsis tamen istud credens, perge, & ulterius pete ut te doceant & declarent, in coelibatune: an in Matrimonio: an in viduitate: num in functione muneris Apostolici: seu in patientia tempore crucis & afflictionis: vel in fuga & demissione in sporta per murum: vel qua alia ratione sese pro exemplo Ecclesys sui temporis, vel nostri, aut posterorum nostrorum statuit? ut rescire possis quid sibi velint hoc loco isti boni socij Valdenses: alioqui dic te esse Dauum non Edipum.

9. Dic pie lector istis bonis socijs, te non nescire ipsos non esse Deos, neque Angelos, neque Diabolos, neque ferrum, neque lapides, neque ligna: sed homines, ex hominibus natos, cum hominibus degentes, & omnia corrupte nature nobiscum communia habentes: (nisi ipsi putent se continuo quam primum in istam societatem separate unitatis iurant, transsubstantiari, vel transelementari in Deos vel Angelos, &c.) non potuit ille pientissimus Baro aliter de ipsis arbitrari, quam ipsos homines esse, atque ab ipsis humani nihil omnino alienum esse, quod & ipsorum

SPONGIA ASSERTIO.

forum sororculæ sentiunt, & non negant. 10. Persuasus Valdenses imaginatione (ex verbis Dei per Esaiam prolatis cap: 56. que isti boni socij ad suum istum mentitum coelibatum, vah quam apposite, restringunt. quod ex libello ipsorum de statu libero, abunde patet,) quidam synagoga ipsorum quam Hunnobrode habent Cocus seu edituus, passus est sese ante aliquot annos Physice seu realiter castrari, de quo nuper pius quidam & doctus vir Lu: Me: Pannonius ista carmina serio lusit:

Testibus exsectis duo munera magna tonati  
Obtuleras quondam religiose Coce,  
Munera coelestes ut conspexere puellæ,  
Versa est in risum Regia tota Iouis:  
Iuppiter exclamat: Mentem castrare necesse est.  
Hæc obscena tuis tradito membra lupis.

Interroga autem, queso te pie lector, bonos istos socios, quomodo ipsis hæc facetia placet? & an iste pius & doctus vir sit idoneo ad facetias ingenio?

11. Dic pie lector istis bonis socijs, ne obliuiscantur suprascriptorum principum, sue

Dnūs IESVS  
autem dictum de  
hoc dono ipse declarat, docens e-  
G iij os

SPONGIA. ASSERTIO.

*societatis Fratris Sstia  
 Any: Fratris Kon  
 haut: Fratris Zialud:  
 aliorumq; impurissi-  
 mi, fulgentis tamen,  
 ipsorum caelibatus in-  
 felicitium foetuum, qui  
 propter regnum scili-  
 cet, Dei libertati ces-  
 serunt, ut prae multis  
 unam atq; alteram  
 que eis potissimum  
 placeret, eligerent, ab-  
 stinentes cum summa  
 violentia & cruce a  
 sancto matrimonio,  
 sed non a scortatione,  
 adulterio, & incestu.  
 Qui pro veteri pro-  
 verbio: Experto crea-  
 de Ruperto, re ipsa  
 comprobant, se posse  
 se esse viriliter mari-  
 tos & patres, facti  
 anim sunt utrunq; sed  
 extra castum thorum*

os id habere, qui  
 propter regnum  
 Dei continent, vel  
 sese castrant, atq;  
 hoc ipse ostendit  
 eos iuxta natu-  
 ram posse 11. esse  
 maritos, sed tali  
 libertate cedere  
 propter regnum  
 Dei, quod certè  
 non tam facilè fie-  
 ri potest, ac si quis  
 auiculis retia ve-  
 lit tendere, sed vi-  
 olenter, & cū cru-  
 ce, de quo nos atq;  
 alij talia experti  
 dicere possumus,  
 Quid autem: 12  
 continuòne homo  
 quã primùm aliq;  
 comotionem sen-  
 tit, ad uxorem de-  
 bet currere: vbi e-  
 rit continentia si-  
 cut

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum: 11  
 (308.19.1.)

SPONGIA. ASSERTIO.

*honorabilis coniugy. cut in cæteris re-  
 En castos custodes bus, ita hîc quoq;  
 castratq; castitatis? pro regno Dei:  
 En violentes cruciferos, si dijs placet?*

12. Contine risum pie lector, Isti boni socij non  
 coguntur in suæ commotionis sensu ad uxores  
 currere, nam eas non habent. Sed tu scis quo  
 currant. Ad synagogales Ministras, scis enim  
 ipsos in suis synagogis fouere trinas, quaternas,  
 iuuenulas, non inuenustas, ut vix arbitraris  
 Paridem posse iudicium ferre, quæ sit venustior,  
 sed anne dices istos in alendis ministrabus syna-  
 gogalibus non sequi, scilicet, consilium D: Pau-  
 li 1. Tim: 5. Viduam debere eligi alendam  
 elemosinis Ecclesie non minus sexaginta anno-  
 rum? scis enim ipsos, non ut alant, sed ut mi-  
 nisterio ipsarum in œconomia utantur, pro ad-  
 implendo numero annorum fouere puellas aut  
 viduas trinas, quaternas, quarum singule vix  
 quindecim aut viginti annos excedunt, stras-  
 men autem prope ignem positum putasne arde-  
 re? Non, ipsis somniantibus, suisq; mancipijs  
 id persuadentibus.

13. Ora Deum pie Sicut multi le-  
 lector, ut Satanam in ues Sacerdotes ta-  
 istis portentis mysoga- lem habent con-  
 G iij suetu

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (9. 2.)

SPONGIA. ASSERTIO.

micis compeſcat. At tu quid putas pie Lector? cum ipſi coniuges non habeant, an non coguntur à ſuis ſororculis incipere & in illis quoq; deſinere? aut diabolicis remedijs uti, ſiquidem remedium ſancti Spiritus tam ſuperbè deſpiciunt.

14. Annon indicabis pie lector, virum iſtum cuius nomen ſuppreſſerunt, eo animo dixiſſe iſta, quo iſti boni ſocij huc adſcripſerunt? & huc ipſos adſcripiſſe eo, quo ille dixit? Calumnioſo nimirum, et in contumeliam omnium piorum Miniſtrorum Eccleſiæ Chriſti in toto mundo, qui

ſuetudinem, ut ab vxoribus Euangeliū 13. incipiant. De quibus eximius quidam vir doctus, ipſe tamen videat quo 14. animo dixit: Mirares eſt de Euangelicis, dona Dei, & ſimilitudinem Eccleſiæ primitiue ſummopere apud ſe iactitant, quò ergo 15. deuenit apud ipſos donum continentiae de quo Chriſtus dixit: Annè Spiritus 16. ſanctus iam parciſior factus eſt cum ſuo iſto dono, ut in toto Imperio vix vnum inue-

54

SPONGIA. ASSERTIO.

in honeſto, diuinitus concesso & mandato Matrimonio honeſtè & caſtè viuunt, imò in deſpectum ipſius inſtitutoris Dei. En fratres legis Chriſti ſcilicet, exerentes dilectionem fraternam illius Pharifei non diſſimilem, Luc: 18.

inuenias miniſtrum 17. Euangelicum habentem donum continentiae: omnes vocati ad vxores tantum fortatte uocatione carnali. hæc ille.

15. Vides pie lector, iſtos bonos ſocios repreſentare illa duo mancipia cum Eſopo uenalia, Grammaticum & Cantorem, qui ſoli omnia ſciuerunt miſero Eſopo nihilo relicto: Ita iſti apud ſe ſolos omnem continentiam compeditibus adſtrictam habentes, nobis omnibus qui ſumus extra ipſorum ſocialem coniurationem, nullam omnino reliquerunt, non enim fruſtra mimeticam hanc loquutionem adſcripſerunt, ut facilius ſuis mancipijs perſuadeant, in toto orbe terrarum, non eſſe caſtiores ſacerdotes ipſis.

16. Nunquid parum eſt iſtos bonos ſocios myſogamicos tantum homines irridere, & contemnere, niſi etiam ipſi Deo detrahant, & ſint contumelioſi in liberrimam uoluntate & actionem eius? cape tibi igitur ſanctè Spiritus hoc bonum

Gr. rarum.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (19. j.)

SPONGIA. ASSERTIO.

varium ab istis Aristarchis Fratribus unita-  
ris Valdensica, qui ex Calice sciunt Elephantem  
condere.

17. Dic pie lector omnibus Ministris E-  
uangelicis in toto orbe Christiano, qui se homines  
esse, à seq; nihil humani alienum esse sciunt,  
spurcitie diabolica repudiata uxores duxerunt,  
potius quam ut impie et impure scortarentur, ut  
sibi hanc lectionem ex diabolica cloaca, & Vale-  
densica schola profectam, capiant, & sciant,  
posthac cum istis continentibus esse.

18. Quasi non sa-  
tis scires, pie lector,  
istos bonos socios du-  
dum intus & in cute  
probe cognoscens, quid  
inter ipsos fiat? quod  
videlicet sensibilitate  
sua ipsos inuadente,  
non interni tantum  
sensus moueantur ad  
sua illa obiecta, que  
in Synagogis fouent,  
trina, quaterna, ve-  
nustate Venerem supe-  
rantia sed externa est.

Ita quilibet pi-  
us potest intelli-  
gere hoc donum  
non esse corporis  
lapidei, aut trun-  
ci, ut sit sine 18.  
sensibilitate: sed  
esse donum Spi-  
ritus Deo sancti-  
ficati, voluntati  
eius acquiescen-  
tis, suam & ho-  
minum salutem,  
vel sanctam Ec-  
clesiam apprimè  
dili-

SPONGIA. ASSERTIO.

am: cetera quis ne-  
scit: &c. Dic autem  
ut pro me respondeant  
Frater Kohaut: Fra-  
ter Sstiasny: Frater  
Zialud: Frater A-  
delph: ceteriq; eorum conproceres innumeri id  
expertis.

diligentis, & pro-  
pterea à 19. se-  
ipso cum summo  
labore disceden-  
tis, & 20. resi-  
piscantis,

19. Quere pie lector ex istis bonis socijs, cuius  
Spiritus donum fuerint adulterium, scortaa-  
tio, incestus supradictorum conprocerorum ipso-  
rum, Fratris Kohaut: Fratris Sstiasny: Fra-  
tris Zialud: Fratris Adelp: Fratris Blaziek,  
ceterorumq; innumerosum Valdensica castita-  
tis factuum? Quere porro, quomodo in illo suis  
Spiritus labore recesserint à seipsis? vah iam  
scio: seraphinice: nunquam putassem: deinde  
hortare ipsos pie lector, ne nobis spiritum suum  
impurum, mysogamicum, id est Valdensicum,  
pro nostro sancto spiritu obrudant, nos enim  
iam, Dei benigna gratia, scire discernere inter  
Valdensicum, & eius opera, laboresq;: (nimia-  
rum fornicationem, immunditiam, impudicia-  
tiam, luxuriam, idolorum cultum, quo seipos  
colunt, & colendos prostituunt, veneficia, ini-  
micitias, odia, concertationes, emulationes, iras,  
differ-

## SPONGIA.

disensiones, sectas, inuidias, homicidia, ebrietates, commestationes, & similia) atq; inter sanctum spiritum, & opera, fructusq; eius, que agit apud pios coniuges. Siquidem sacrum coniugium est verè schola omnis pietatis, & officina sancti spiritus, ita vt vix vllum bonum opus nominari queat, quod in sacro coniugio non requiratur, atq; apud pios coniuges duce spiritu sancto non inueniatur, fiatue. Fides, dilectio Dei, & proximi, timor Dei, invocatio, gratiarum actio, crux, patientia, obedientia, disciplina, sedulitas, labor, & que non? Denique pie lector, iube istos bonos socios talia bona opera ostendere in suo illo quem fingunt coelibatu, quem ipsorum supradicti conproceres custodierunt, si dijs placet, ceteriq; hodiernum custodiunt, vt scis.

20. Quere amabo te, pie lector, ex istis interne et extere castrationis, castisq; scilicet mysogamicis bonis socys, quare opus habeant respicientia in sua ista castratione, & continentia, siquidem omnino non coinquentur, persuadentq; sibi & suis mancipijs maiorem puritatem, vel salutem similem ea que inest soli? sed iamne vides ipsos suo iudicio tanquam sorices perire? vti nam autem tandem respiciant.

21. Confusum Cha

## SPONGIA.

21. Confusum Chaos, & non sine fuce, pie lector, hic positum videbis: Interroga eos saltem quid sibi velint vocabulo functionis? an concionandi, & Sacramenta administrandi? (vab quam libenter incautis hac dictione imponerent) Non profecto: nam ex sequentibus hoc facillimè colligere, & cognoscere poteris, vbi dicunt se propter munera politica coniugatis vti non posse. Ministri enim ipsorum synagogici non adhibentur ad talia politica negotia seu munia, non ergo accipe de functionibus ministerij Ecclesiastici; Quamuis intero

## ASSERTIO.

109  
SECUNDO, hoc laudamus, et re ipsa prestamus, vt ex fidelibus coniugibus viri digni ad 21. functiones sumantur, atq; huc tenet scriptum D. Pauli ad Timotheum & Titum, in quo dicit: 22. Episcopum debere vnus vxoris maritum esse &c. Et nos tales habemus, & propter defectum liberorum plures sicut speramus habebimus. Sed in hoc impedimur, nam etiamsi dignus aliquis ex coniugibus alicubi inueniri possit: tamè pro-

Regi nyom tetvanyok, Bratislava-Lyceum.  
1308.14.2.

SPONGIA. ASSERTIO.

dum inbeant politi-  
 cos quoq; quos hic fi-  
 deles maritos appel-  
 lans, concionari ( imò  
 pueros etiam quinde-  
 cim aut sedecim anno-  
 rum) non tamen pa-  
 triuntur ipsos Sacramenta administrare, (qua-  
 si minus sit angusta functio concionandi, quam  
 Sacramenta administrandi,) isti tamen sunt  
 tales ut qui ne legere sciant. Proinde quae hic  
 de functionibus dicunt, debent intelligi de plebe-  
 ys, ciuibus nimirum eorum mancipijs, quos con-  
 stituunt praefectos aliorum, vel adituos, vel ut  
 pro synagogico ipsorum tribunali sedeant, &  
 ius dicant, non solum viri, sed mulieres quoq;  
 ut recte dicere possint, Ecce duo gladij, virorum  
 nempe & Mulierum, plusquam Apostolicè:  
 Non enim te legisse arbitror in sacro Codice, Ap-  
 postolos & eorum discipulos habuisse sorores mu-  
 lieres iudicia exercentes sicut istos Salones,  
 Minoes & Rhadamantos videmus in sua socie-  
 tate habere.

22. Videsne pie lector, quam egregie ad  
 istorum mancipia in dictis functionibus existen-  
 tia, quadret dictum D. Pauli Apostoli: Ara-  
 gumena

propter politicas  
 functiones, & la-  
 bores publicos iu-  
 dicum & senato-  
 rum &c. non fa-  
 cilè ijs ad talia uti  
 possumus.

SPONGIA. ASSERTIO.

umentatur scilicet hoc loco ab Episcopis ad ple-  
 beios. Episcopus debet esse maritus vnius uxo-  
 ris: Ergo multò magis Valdencisci œconomi  
 editui, adiles, iudices & ceteri eius farinae  
 Valdencicarum domorum, praediorum, horreo-  
 rum, vinearum, agrorum, hortorum, prato-  
 rum, stabulorum, subulcorum, bubulcorum,  
 epilionum, &c. inspectores, vah quam dialecti-  
 cè, & iuxta mentem diui Pauli Apostoli, sci-  
 licet.

23. Propediem pie  
 lector videbis spiritum  
 Valdencicum non ia-  
 sitantem, sed foras se-  
 se proripientem, non  
 tamen aperte, sed per  
 varios & flexuosos sia-  
 nus sese mirabiliter  
 et astute torquentem.

24. Interroga ama-  
 bo te pie lector bonos  
 istos viros, an ipsis  
 constat, à quibus seni-  
 oribus impetrarunt  
 dudum, atq; hodienu  
 impetrant veniam scor-

Tertio. Incur-  
 satio 23. illa po-  
 strema huc ten-  
 dit, & totus ille  
 libellus hoc vni-  
 cum vrget ut Sa-  
 cerdotes habentes  
 functiones  
 Domini, atq; a-  
 depti eas in sta-  
 tu libero, & sine  
 dubio in tali sta-  
 tu Domino sese  
 sanctificantes, po-  
 stea quando illis  
 libitum fuerit, li-  
 berè

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
 1303.15.2.

SPONGIA. ASSERTIO.

dum inbeant politi-  
 eos quoq, quos hic fi-  
 deles maritos appel-  
 lant, concionari ( imò  
 pueros etiam quinde-  
 cim aut sedecim anno-  
 rum) non tamen pa-  
 tiuntur ipsos Sacramenta administrare, (qua-  
 si minus sit angusta functio concionandi, quam  
 Sacramenta administrandi,) isti tamen sunt  
 tales ut qui ne legere sciant. Proinde que hic  
 de functionibus dicunt, debent intelligi de plebe  
 us, cuius nimirum eorum mancipijs, quos con-  
 stituunt praefectos aliorum, vel edituos, vel ve-  
 pro synagogico ipsorum tribunali sedeant, &  
 ius dicant, non solum viri, sed mulieres quoq,  
 ut recte dicere possint, Ecce duo glady, virorum  
 nempe & Mulierum, plusquam Apostolicè.  
 Non enim te legisse arbitror in sacro Codice, A-  
 postolos & eorum discipulos habuisse sorores mu-  
 lieres iudicia exercentes sicut istos Salones,  
 Minoes & Rhadamantos videmus in sua socia-  
 etate habere.

22. Videsne pie lector, quam egregie ad  
 istorum mancipia in dictis functionibus existen-  
 tia, quadret dictum D. Pauli Apostoli: Ara-  
 gumena

propter politicas  
 functiones, & la-  
 bores publicos iu-  
 dicum & senato-  
 rum &c. non fa-  
 cilè ijs ad talia uti  
 possumus.

SPONGIA. ASSERTIO.

umentatur scilicet hoc loco ab Episcopis ad ple-  
 beios. Episcopus debet esse maritus unius uxo-  
 ris: Ergo multò magis Valdensici economi,  
 editui, ediles, iudices & ceteri eius farinae  
 Valdensicarum domorum, praediorum, horreo-  
 rum, vinearum, agrorum, hortorum, prato-  
 rum, stabulorum, subulcorum, bubulcorum,  
 opilionum, &c. inspectores, vah quam dialecti-  
 ce, & iuxta mentem diui Pauli Apostoli, sci-  
 licet.

23. Propediem pie  
 lector videbis spiritum  
 Valdensicum non la-  
 zitantem, sed foras se-  
 se proripientem, non  
 ramentem aperte, sed per  
 varios & flexuosos si-  
 nus sese mirabiliter  
 et astute torquentem.

24. Interroga ama-  
 bo te pie lector bonos  
 istos viros, an ipsis  
 constat, a quibus seni-  
 oribus impetrarunt  
 dudum, atq, hodiè  
 impetrant veniam scor-

Tertio. Incu-  
 satio 23. illa po-  
 strema huc ten-  
 dit, & totus ille  
 libellus hoc vni-  
 cum vrget ut Sa-  
 cerdotes habentes  
 functiones  
 Domini, atq; a-  
 depti eas in sta-  
 tu libero, & sine  
 dubio in tali sta-  
 tu Domino sese  
 sanctificantes, po-  
 stea quando illis  
 libitum fuerit, li-  
 berè

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum.  
 1303.16.2.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 11  
(303. 192.)

SPONGIA. ASSERTIO.

randi, adulterandi, incestuandi proceres ipsorum supradicti, Frater Sstiasny: Frater Kohaut: Frater Zialud: Frater Adolph: Frater Biagiek: alij, innumeris? A se ipsis, quidni vero, cum ipsi quoque fuerint seniores Valdenses, recte etiam: nam non potuerunt neque possunt sibiipsis denegare, quod alijs possunt concedere. idque in ipsorum arbitrio tam aequum situm fuerit, sed hoc velim pie lector consideres, si illis licuit sine venia aliorum seniorum sua sponte semel atque de novo, imo centies scortari, adulterari: cur non licuisset potius, li-

berè sua sponte, sine venia 24. seniorum semel aut denuò uxores ducant &c. Ad hoc nos respondentes ita dicimus: Quamuis hac in re nullius conscientiam attingimus, neque quenquam in hoc iudicamus, sinistrè non interpretamur, imò non condemnamus quemquam, vel pro indigno 25. ponimus: Sed hac in re committimus quemlibet suae conscientiae, cum qua coram tribunali 26. Christi stare cogetur, sicut nos quoque. Tamen quòd

ASSERTIO SPONGIA.

ereturque sine venia quorumcumque hominum matrimonium honestè contrahere? pendet enim matrimonium non ex hominum sed ex Dei instituto.

25. Quere pie lector, ex istis bonis socijs, cur aliter hic scribunt, quam sentiunt, vel olim scripserunt? Quis non putaret istos tales esse quales sese hic venditant? Sed confer hanc cum superioribus, ubi citant dictum illius eximij viri, cuius tamen nomen non expresserunt, item cum sequentibus, & videbis an tales sint, & de ipsis iudica. Imò hoc tantum bene considera, quod tibi ex libello de libero statu ab

quòd ad nostram unitatem attinet hoc dicimus, quòd nobis hoc ipsum haecenus non tam liberè 27. permiserimus, quasi non simus hac in re multo Dei timore 28. ligati. Sicut in confessione nostra coram Regia 29. Maiestate est expositum: hoc quoque propterea, quòd nullum 30. argumentum sacrae scripturae, neque exemplum sanctae Ecclesiae habeamus, eum qui iam 31. Sacerdos est debere demum 32. vel posse uxorem ducere sua sponte, quando & quoti-

H ES

SPONGIA. ASSERTIO.

ab ipsis compilato ad- es sibi libitum  
seripsi infra parag: fuerit sine 33.  
33. consilio seniorū

26. Hortare ob- suorum.  
secro pie lector, istos bonos socios, ut penitius  
considerent & expendant cum serio timore Dei  
quid hic scripserint: neq; arbitrentur tribunal  
Christi fore tam ridiculum & ioculatorium,  
sicut ipsorum est Valdenticum, precipue muli-  
ebre. Est namq; Deus ignis consummens. Co-  
gitent potius quid sit de Mose scriptum, Heb: 12.  
quomodo ipse mediator amicus Dei vix potu-  
erit consistere in presentia Dei legem pronuncci-  
antis, nam ita terribile erat quod videbatur, ut  
dixerit: Exterritus sum & tremebundus. Cum  
tamen sit verisimile, multo horribilius futurum  
impis tribunal Christi, coram quo accusator es  
testis erit unicuiusq; conscientia, atq; lata sen-  
tentia, maledicti nullum Mediatorem & ad-  
uocatum habere poterunt, sed sine omni miseri-  
cordia in aeternum ignem cruciandi a facie Do-  
mini proijcientur. Nolue itaq; iocari boni socij  
Valdentici cum tribunali Christi.

27. Nonne iam cognoscis pie lector istos bo-  
nos socios hic sequi Tacianum, Hieracem, Mar-  
cionem, Encratitas, Carpocratem, & similes  
horum

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum:  
1308. (192?)

SPONGIA.

horum? volunt enim ipsi quoq; in fide suo eco-  
libatu sanctiores videri apud sua mancipia, om-  
nibus pijs Ministris Euangelij in toto orbe Chri-  
stiano, qui sunt extra ipsorum conurbationem,  
habentq; iam dudum & de seipsis mancipia ip-  
sorum id persuasum, se videlicet quoq; esse san-  
ctiores pre alys totius mundi hominibus, propte-  
rea quod tales habeant antistites, qui suam san-  
ctitatem supererogatorie eis communicant.

28. Qualem putas pie lector, timorem Dei  
isti boni socij Valdentici hic pretendunt? alio-  
umne quam fuit in supradictis ipsorum conpro-  
ceribus Fratre Sstiašny: Fratre Kohaut: Fra-  
tre Zialud: Fratre Adolph: Fratre Blaziek:  
Fratre Benatsky: ceterisq; innumeris? vah  
quam eximium isti habuerunt. Quare non po-  
tius dixerunt se timere delicias & voluptatibus  
suis, ( quibus ita sunt delibuti, ut sint similes  
muscis in melle natantibus ) verisimilius certe  
dixissent, & quilibet pius ipsis citius potuisset fi-  
dem adhibere.

29. Vide pie lector, quid ab istis bonis socijs  
fiat, Hypocrite, putant se propterea, quod pos-  
sint Caesarum & Regum aures fallere, ut qui  
non sunt Dy natura, sed homines) se etiam De-  
um ipsum, qui solus scit scrutari corda omnium

Hy nostrum

## SPONGIA.

nostrum, posse fallere, sed frustra id putant. Nam fallant sanè omnes totius mundi homines, non sefellerint tamen Deum unquam. Nam cer-  
vixit Deus omnia vindex quovis magis tolerat, se-  
vior ultor erit, & tarditatem ultionis gravi-  
tate severitate vindictæ compensabit.

30. Dic pie lector istis bonis socijs, siquidem  
asserunt nullum argumentum sacrae scripturae,  
neq; exemplum sanctæ Ecclesiæ extare, sacer-  
dotem factū non debere, neq; posse uxorem duce-  
re primam vel secundam, sua sponte quando &  
quoties ei libitū fuerit, sine scitu vel consilio senio-  
rum suorum: atq; ipsi id observant, non enim  
ducunt uxores initiati suis sacris, sed nihilomi-  
nus sacerdotes facti in sua separata illa vni-  
tate, atq; suo Domino sanctificati, sine consilio  
& venia seniorum scortantur, adulterantur,  
incestus parrant, quoties & quando libuerit:  
Quo ergo argumento sacrae scripturae, vel quis-  
bus exemplis sanctæ Ecclesiæ tali libertate se  
donatos esse probabunt, ut non vereantur san-  
ctificationem illam suam minus prophanari  
scortatione, adulterio & incestu, quam honora-  
bili coniugio & thoro immaculato?

31. Hic iam satis clarè vides illum de quo  
dixi spiritum Valdensem Marcionisticum,

Tacio

## SPONGIA.

Tacianisticum, Hieracisticum, Enecratisticū,  
Montanisticum, & mysogamisticum imò qua-  
lem non? contra quem ista adiuncta disce, ve-  
ris muniaris, ne ab istis bonis socijs patiaris tibi  
imponi, vel te decipi, 1. Tim: 4. Spiritus  
manifeste dicit, quod in novissimis temporibus  
quidam discedent à Fide, attendentes spiritibus  
impostoribus, & doctrinis demoniorum in hy-  
pocri si loquentium mendatium, & cauteriatam  
habentium conscientiam suam: PROHI-  
BENTIVM NVBERE. Item: Heb:  
13. Honorabile coniugium INTER O Me-  
NES, & thorus immaculatus. Expungant  
ista boni isti socij Valdenses ex Codice sacerri-  
mo novi Testamenti, ne ipsos vrant. Deinle  
pientissime lector, siquidem isti boni socij sola  
Pontificiorum autoritate nituntur, & ad eo-  
rum doctores & scriptores in toto libello, ex quo  
ista assertio est excerpta, sese referunt: Tu quo-  
que fac simile, sic ars deluditur arte: & quod  
in scriptis Pontificijs repereris huic assertionis  
posse opponi, ipsis demonstra, ita tamen ut ma-  
gis sit analogon verbo Dei. Nempe Innocentius  
2. Pontifex Romanus inquit: si crimen est v-  
xorem ducere anthor in culpa erit, qui ut cri-  
mina committerentur in Paradiso instituit: I-

Hic tem

Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum: 1303. 19. 2.

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum.  
1308. 19. 2.

SPONGIA.

gem: Aeneas Silvius postea Pius 2. Pont: Rom: dictus describens hystoriam electionis Faelicis 5. Pont: Rom: ( qui prius Amedeus dictus fuerat Dux Sabaudie, habens uxorem & liberos) refert verba Ludouici Cardinalis Arelatensis in Concilio Basiliensi in quosda dicta, qui volebant vt Dux maritus substitueretur Eugenio 4. Pont: Rom: repudiato anno 1439. dicentis: Quid ista modo obycimus? fortasse non esset peius Sacerdotes (notate ista vos boni socij Valdensesi, Sacerdotes inquit) quam plures vxorari, quoniam multi saluarentur in Sacerdotio coniugato, qui in presbyteratu cœlibi vel sterili damnantur, &c. Quare boni socij nō citauerūt ista in suo libello? Quia destruerent regnū ipsorum, sapiunt itaq.

32. Hec est pie lector vnica, & quod ipsis videtur firmissima basis totius regni ipsorum, similis Pontificiorum. Tu autem Iuno Lucina ser opem, serua ipsis obsecro hanc basim, susti eam firmiter ne corruat, iam enim genua labascunt, sicut & Pontificiorum Dei gratia non parum est labefactatum.

33. Videntur pie lector quandam mitigationem rigiditati apponere, quasi non inuiti concessuri veniam ducendi uxores suis conproceribus iunioribus & minoribus, consuetudinibus suos maiores, sed scisne pie lector istud

dux

SPONGIA.

duntaxat esse fucum, quo oculos piorum hominum oblinire conantur, an nescis quomodo t. a. tibus consulant in libello de statu virgineo, quem supra coniugalem extollunt? an non meministe te ipsorum verba legisse illic inter cetera, quibus etiam Montanisticam monogamiā, (quam hic quoq. innuunt particula distributua: quoties) expresse sequendam proponunt? Ecce tibi autem excerpta ex illo, solum matrimoniū profundius seducit, qui enim frangit votum, violat fœdus qui violat fœdus, violat rationem ministri: qui violat rationem ministri, ab eo debet auferri officium ministri: nam officium sanctificationis datur sacerdotibus, &c. Item: Non est possibile ei qui est addictus sanctificationi ministerij, vt illud possit permutare, nisi per legitimam dispensationem vel dissolutionem illorum quibus huius dispensationis plenaria potestas est tributa. Nam si concessum fuerit vt statum suum pristinum mutet, aliud non potest fieri, quam vt ab officio deponatur. Ista duo semper coniuncta oportet esse rationem ministri, & veritatem officij ministri, quod si vnum auferas, abstuleris alterum quoq. &c. Item: Consideratione dignum est, quod dicit (Apostolus) vnus vxoris vir: certe quod sub Fide nulli

H iij licuit

## SPONGIA.

licuit habere nisi vnicam, propterea videtur, ut  
 legitime ductam, & ad Fidem sicut ipse con-  
 uersam habens, cum eius consensu ministerio se  
 addicat, & si mortua fuerit, ut ea sola sit con-  
 tentus, si autem viua permanserit, ne soluendo  
 debitum habeat impedimentum in spiritali mi-  
 nisterio, & quadam similitudine Graeci ducti  
 suos scholasticos prius despondent matrimonio,  
 hocq; tantum quoad ipsa vixerit, postea autem  
 ducere alteram sub priuatione sacerdotij non  
 sinunt. Christus autem exemplum dedit in se-  
 metipso, & confirmationem addidit vocando  
 ad ministerium liberos, nec voluit vllum habe-  
 re cum vxore, exemplum dans posteris ut idem  
 faciant, tamen iuxta possibilitatem. Etiam  
 si autem coniugati ad ministeria media vel in-  
 feriora electi fuissent, tamen quod ad ordinati-  
 onem eorum vel aliorum, non legitur vlllo in lo-  
 co sacrae scripturae vel Chronicorum, ut quispi-  
 am ex maritis vxorem & liberos habens sede-  
 rit in sede ministerij, &c. Item: Quod Aposto-  
 lus omnes voluerit esse sicut ipse fuit, non intellexit  
 libertatem vidualem post obitum vxoris,  
 neq; dimissionem vxoris propter concionandum  
 Euangelium, quamuis aliqui dictum eius  
 1. Corinth; 9. an non habemus potestatem mulie-  
 res

## SPONGIA.

res sorores nobiscum circumducendi, sicut ce-  
 teri Apostoli, & Petrus, &c. Ita torqueant:  
 illis hoc respondere decet, ut melius legant dictum  
 Pauli, non enim ab eo id dici de matrimonio,  
 sed de quotidiana administratione. Sicut post  
 Dominum plurime iuerunt, etiam ex nobilibus  
 a Gallilea, & administrauerunt ei: & Apo-  
 stolis de suis substantijs. Apostoli quoq; & Pe-  
 trus hoc exemplo ducti tandem administratione  
 vsi sunt cum omni castitate, &c. Item: non le-  
 gitur tamen vllum ex ministris post sanctifica-  
 tionem primum matrimonio se addixisse: sed  
 hoc legitur, quod ante acceptum ministerium  
 vxorati inuenti in fide fuerint tantum ordina-  
 ti, quando autem iuxta exemplum Christi eli-  
 gentis liberos, nulli fuerint liberi, ut vxorati  
 ad officium, quod ad inconiugatos pertinet, pro  
 necessitate eligerentur. Item: Status virginas  
 lis in creatione factus, in Christo redemptus, &  
 in spiritu eius sanctificatus, per participatio-  
 nem meriti eius ad glorificationem & plenitudi-  
 nem adducetur, sine omni discretionem, ita si-  
 cut ab aeterno sancitum est, ut impleatur sermo  
 eius: Ego veni ut vitam habeant virginalem,  
 & abundantius habeant, &c. Ista ex libello  
 illo Valdensesco pauca, bona fide de verbo ad  
 H v                      verbum

Regi nyom. tet. ványok, Bratislava-Lyceum.  
 (308.19.2.)

## SPONGIA. ASSERTIO.

Verbum excerpta, vides pie lector, multa similitudina in eo contenta esse scito, quae ostendunt inter ipsos à tempore Thaboriticae separationis ingentem lucem, scilicet, verae doctrinae luxisse, qualis etiam caeteri ipsorum libri referti sunt.

34. Attende serio, & considera in vero timore Dei, pie lector, quid isti boni socij hic dicant, unde scandala & offendicula oriri asserant: ex legitimo matrimonio sacerdotum: vah: Effera prolem, parentis om-

nis spurcitiei nonne cognosces istos esse pie lector. Ex ordinatione diuina scandalum & offendiculum? Hui, nonne istius blasphemiae diabolus ipsum pudere posse, pie lector, arbitraberis? Minus ergo vel omnino nullum, si istis assertoribus credimus, prouenit scandalum & offendiculum, ex ipsorum, aliorumue quorumcumque, scortatione, adulteris, incestibus, vita Sodomitica, & ex reliquis fructibus ipsorum mendacissimi concubitus, quam ex sacro semper honorabili inter omnes coniugio, & thoro immaculato? vah assereres:

35. Iudic

Deinde videmus multa mala in his regionibus hinc prouenire: scandalum 34. videlicet & offendiculum: cum tamen ve illis per quos 35. scandalum venit, &c.

## SPONGIA. ASSERTIO.

35. Iudica quam egregie isti plusquam Sophi boni socij sciunt discrimen inter scandalum datum & acceptum. Considera autem pie lector orote, an non hoc est cauponari vel adulterari verbum Dei? dicesne in istis bonis socijs esse timoris Dei unicam micam? etiamsi multa ganniant se timore Dei esse ligatos, vah quid serio: Irrideant sane Deum quoad voluerint, videant tamen an impune id fecerint.

36. Expende seridulo pie lector, an ista deceant Evangelium pure (quod isti boni socij sibi solis vendicant) docentes, & de cruce & persecutionibus atq; patientia multa garrere scientes, quod ipsi faciunt? O delicatos martyres: Quid tibi autem videtur? Gignentes libe-

ros in honesto matrimonio, & thoro immaculato liberiq; eorum exponuntur apud istos bonos socios multis doloribus, & magnis difficultatibus. Ex incestu autem, stupro & adulterio libera-

ri isto.

Tertio videmus & experti sumus illic multos dolores & 36. difficultates magnas accidisse ex sua & liberorum parte, ac in his regionibus liberi ministrorum 37. non carent ignominia & contemptu.

Regi nyom. t. ed. v. nyok. Bratislava-Lyceum: 1303. 119. 2.

SPONGIA.

ri istorum bonorum sociorum, una cum ipsis parentibus, nihil mali & aduersi apud istos sentiunt. Quid mali aut difficultatis senserunt, Frater Sstiaſtny: Frater Kohaut: Frater Ziad: Frater Blazick: Frater Benatsky: Frater Adelp, & ceteri, quos ipsi probe sciunt, societatis ipsorum proceres maiores, & minores, propter adulterium, stuprum, & incestum ipsorum, sua sponte, quando & quoties libitum fuerat, sine venia & consilio suorum seniorum patrata. Ne Frater Kohaut ille, si prout fuerat dignus, pro incestu cum duabus puellis germanis sororibus, cœlibatui Valdensico in ipsius Synagoga adductis peracto fuisset subiectus questioni carnificis, cantasset & aperisset multa vestra similia facinora, que clam hominibus patratis, id enim si eò deuentum fuisset, se voluisse facere coram Magnifico suo & meo, me alijsq; nobilibus presentibus affirmauerat. Sed bene vobis boni socij Valdensici consulistis, quod ipsum redemeritis. Veniet tamen Deo dante commodius tempus. Quod enim differtur non aufertur. Resipiscite ergo: nam non semper olim: Deus est longanimis & multe patientie. Sed tarditatem vindictæ grauitate compensans.

37. Vix

ASSERTIO. SPONGIA

37. Vix existimo pie lector, te id vnquam vidisse vel audisse fieri ab vlllo pio & honesto homine nobile, vel plebeio sed tantum abs pontificijs, & ab istis eorum similibus mysogamis, atq; ab ipsorum mancipijs, in eorum synagogis ita edoctis.

38. Quostu arbitraris pie lector, isti boni socij appellant mundum? Omnes summos & infimos, quicunq; & vbiunq;

Sed quare iste Baro tantopere in nos homines apud 38. mundum contemptos inuebitur?

illi sunt in toto orbe terrarum, qui in ipsorum Valdensicam societatem non iurârunt. Se autem solos vocant filios Dei & fratres Christi. Iube tamen pie lector ipsos suam hanc prerogatiuam demonstrare: iube proferre iuris diuini tabulas, diplomatis Dei munitas, quas ego videre vellem, omnesq; pijs. Quid putas autem ipsos pretendere, quo sibi suisq; mancipijs persuadeant, se præ omnibus ceteris hominibus solos possessuros hereditatem regni cœlestis, etiam si ceteri quoq; sint baptizati in nomine Christi credantq; in ipsum? At at iam rescies: Vide an non integer ille libellus de libero statu ab ipsis compilatus hoc vnicum respiciat & vrgeat? Deinde

SPONGIA. ASSERTIO.

Deinde inspicite extracta hic in fine addita ex  
responsione super duas questiones Iohannis Bla-  
hoslany summi antistitis societatis Valdensice  
scripte nomine totius societatis &c. Ex illa po-  
teris discere persuasum esse ipsis ipsorumq; man-  
cipijs, unitatem ipsorum ab omnibus ceteris  
Ecclesie Christi separatam, esse solam & vni-  
tam immunem plane ab omni neuo, & peccato,  
tam ex parte procerorum maiorum, & mino-  
rum: quam ex parte auditorum. Quidni igi-  
tur imaginentur persuadeantque sibi vel in  
somnia, hereditatem regni caelestis, exclusis om-  
nibus ceteris totius mundi hominibus? Hoc  
quoq; velim pie lector hic consideres, cur aut qua  
ratione isti boni socij dicant sese esse contemptos  
apud mundum, cum neq; uxores ducant, neq;  
liberos procreent? annon arbitraris iustum esse, ut  
ipsis suggeras: Mendaces oportet esse memores?  
na paulo superius aliter scripserunt. parag: 37.

39. Vide ne pie le-  
ctor hic impiam im-  
pudentiam in istis my-  
segamicis bonis socijs  
Valdensicis? Ab D.  
Luthere, Bucere,  
Vergeri, qui commen-

Si autem id eum  
molestat, cur non  
incusat Ecclesi-  
am Romanam?  
a qua ipsius 39.  
Sacerdotes acci-  
piunt Sacerdoti-  
um

SPONGIA ASSERTIO.

ationes addidistis ip-  
orum confessioni, cae-  
teri q; innumeri exia-  
my viri, quorum ope-  
rum.  
ra Dominus bene usus est superioribus annis in  
renouatione & reformatione Ecclesie sua, Cym-  
merijs ferè tenebris obruta per orbem terrarum:  
& quos Deus pro sua infinita misericordia &  
benignitate ex sordidissimo caeno, & baratro  
pontificio eripuit: quomodo vobis ista placent?  
En vobis parentalia Valdensica suis commen-  
datoribus scripta pro illis commendationibus  
vestris: Hanc vobis capite gratiam relatam  
ab istis bonis socijs. Est enim certissimum  
non solum harum regionum aliquot Sacerdotes  
isto calumnioso, id est Valdensico sale aspergi,  
sed vos, vos inquam omnes: nam Romanae Eca-  
clesie vouistis statum quem isti appellant liberu,  
in illo adepti sacerdotium. Hic videtis non tan-  
tum deliniam, sed omnibus venenatis hoc est  
Valdensicis, coloribus plenissime depictam cha-  
ritatem Fratrum legis Christi, a qua ipsi nun-  
cupari gaudent, iuxta quam vobis gratulantur  
ereptionem ex pristinis tenebris. Sed iam consi-  
dera: pie lector, quid apud ipsos fiat: Cum non  
possunt vincere veritate, & vident suam impo-  
sturam

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
1303.11.19.21

SPONGIA. ASSERTIO.

sturam à Deo tandem, per nos cognitam, Ecclesie Christi patefieri, fucumq; ipsorum abstergi, adhibent linguam venenosam iuxta illud Psalm: 5. Rom: 3. Imò sicut in cæteris pontificissant, vellent hic quoq; animum suum iam depictum, non tantum conuicys per virulentissimam linguam exerere, sed manus potius oportunitate nata, glady, ignibus, & similibus. Tanta est in ipsis charitas aduersus omnes qui non iurant in ipsorum societatem, quod nos inter ipsos degentes quotidie satis superq; experimur, sed dabit Deus his quoq; finem.

40. Vide ne tandem pie lector mutuum mulos scabere? Sed dic Baroni pietissimo, vt sibi bene prospiciat & caueat (nam fulgur ex vitro) ne feriatur.

41. Arrige aures pie lector, vt possis istos pontifico Valdenses bonos socios audire, & percipere quid sibi hic velint. Quid

Scribat potius contra illius Ecclesie eximios et excellentes 40. doctores, et habeat ab iisdem responsum. Quid autem Romana Ecclesia cum suis Doctoribus sentiat, & doctores eius scribant, breuiter deliniabimus, 41. Romana

SPONGIA. ASSERTIO.

tibi autem videtur? arbitrariisne ipsos diuersum sentire ab eo quod hic ex pontificia doctrina adducunt? non est verisimile, nam ex precedentibus dudum potuisti cognoscere, patebitq; inferius ex parag: 46. multò clarius, certe si ita non sentirent, nunquam ista hic adscripsissent.

42. Annon scis pie lector, saepe dictos Valdenses bonos socios Fratrem Kohaut: Fratrem Sstiašny: Fratrem Zialud: & ceteros eius fecis cœlibes, abstinnisse à sororculis suæ Valdensicæ societatis, quæ cum ipsis non habitauerunt: sed à cohabitantibus

na Ecclesia sentit, & Doctores eius scribunt, quâuis maritus ad id vocatus posset fieri sacerdos, tamen vt 42. abstinere à fruitione matrimonij, ipse in parochia, ipsa verò in monasterio habitans, multò magis viduus non potest vlla ratione denuò maritus fieri, hoc est, nullus omnino sacerdos potest nec debet maritus fieri, atq; hoc Romana Ecclesia cum suis Doctoribus vrget quâ maxime, nõ 43. posse villo Sacrae scripturae I lo-

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 1308.16.2.)

SPONGIA. ASSERTIO.

ministrabus, & vir-  
ginibus ipsorum cœli-  
batui addictis quomo-  
do abstinerint, lippis  
& consoribus, ipso-  
rumq; senioribus con-  
proceribus, & man-  
cipijs, satis superq; in-  
notuit, vob continen-  
tiam gregis Valden-  
sici?

43. Nonne pie le-  
ctor didicisti ex libel-  
lo istorum mysogamo-  
rum bonorum sociorū,  
edito de statu libero,  
ipsos idem sentire cum  
Romana Ecclesia, &  
doctoribus eius? nonne  
hucusq; vidisti & es  
expertus ipsos hoc re-  
ipsa probare & sequi?  
sed recurre ad ea  
que supra parag: 30.  
31. 32. 33. sunt respon-  
sa ad ipsorum tales  
nugas.

loco probaris sa-  
cerdotem nō lu-  
daicum, sed no-  
uæ legis, debere  
matrimonium con-  
trahere, nam eti-  
amsi Paulus A-  
postolus conce-  
dat maritum or-  
dinare Sacerdo-  
tem, non tamen  
admitit Sacerdo-  
ti iam facto vxo-  
rem ducere, nam  
si hoc voluisset,  
deuisset certē  
44. vtrunq; Ti-  
motheum & Ti-  
tum ad ducendum  
vxorem coegisse  
nam cœlibes fu-  
erunt, & adole-  
scentes, vt de al-  
tero scripserit: a-  
dolescentiam tu-  
am nemo despi-  
ciat, Ad

Ad

SPONGIA. ASSERTIO.

44. Istos duos perpetuo fuisse cœlibes, sicut  
non est expresse à D. Paulo positum, estq; lis sub  
iudice: ita sine periculo salutis potest credi vel  
mitti: sed vide, an recte sequatur, omnes Mi-  
nistros debere esse cœlibes. Deinde expende pie  
lector an fuerit talis cœlibatus sepe dictorum  
procerum Valdensicorum, Fratris Sstiasny:  
Fratris Kohaut: Fratris Zialud: Fratris A-  
delph: Fratris Blazieki & ceterorum, qualis  
fuit duorum illorum Timothei & Titi? Hen-  
mibi, qualis hic est, quantum mutatus ab illo?  
Plenus adulterio, foedaq; scorta fouens.

45. En pie lector  
nouam lucem videbis  
ex Valdensico cerebro  
ortam, valde magi-  
straliter, scilicet, men-  
tem D. Pauli Apo-  
stoli explicantem.

46. Quid hoc sibi  
vult pie lector, pro no-  
bis: explanare dilu-  
cidius ipsos iube, ab  
iam scio: Dum vi-  
tant stulti vitia in  
contraria currunt,

Ad hoc autem  
45. quod Baro  
in suo libello in-  
fert testimonium  
dicentis D: Pau-  
li. 1 Cor: 7. Pro-  
pter fornicatio-  
nem habeat quis-  
que suam vxor-  
rem, nemine ex-  
cepto & c. respon-  
det pro 46. nobis  
qdam doctus &  
clarissimus Do-  
ctor

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum.  
(308.16.2.)

## SPONGIA. ASSERTIO.

Sed quere, amabo te  
 pientissime lector, ex  
 istis bonis socijs mysogamicis  
 Valdencis, annon hic sese satis  
 superq; exerant in tam  
 impio dogmate, & annon  
 iudicabis ipsos sequi doctrinam  
 demoniorū, in quo consentiunt  
 Pontificijs? iamne satis cognosces  
 istos pontifici Valdencis socios.  
 Nonne quod per alios faciunt,  
 idem eos ipsos facere tuto  
 affirmabis? Tollat igitur istos  
 Valdencis papisticos bonos socios,  
 qui ipsos non norit. † Vah quam  
 sapiens interrogatio. Sed tu pie  
 lector ex ipsis rursus quere:  
 Quis quæso suam uxorem  
 habuit, quam

ctor Romanus, inquiens: Quid  
 est hoc, habeat suam uxorem:  
 fortasse dices: accipiat uxorem,  
 aut contrahat matrimonium.  
 Respondeo te deprauare textum,  
 nisi Apostolus deliret, ut velit  
 dicere, habeat suam uxorem,  
 pro accipiat uxorem. Quis  
 quæso suam uxorem accepit,  
 quam antea habuit: annon vides  
 quod D. Paulus nihil dicat de  
 uxore accipienda, sed de  
 accepta proprie: nam prius  
 dixerat: Bonum est homini  
 mulierem non attin-

## SPONGIA. ASSERTIO.

nunquam duxit? Quid autem  
 dicent isti boni socij ad id,  
 quod D. Paulus in eodem 1. Cor:  
 7. scripsit inquiens: Si quis  
 frater uxorem habet infidelem:  
 Et si qua mulier fidelis habet  
 virum infidelem &c. dicent  
 ne hic quoq; Apostolum delirare?  
 vah commentatores:

47. Scisne pie lector istos  
 bonos socios Valdencis papisticos  
 idem sentire quod hic scripserunt?  
 an oblitus, quo pacto id declararunt  
 in illo omnium mysogamicorum  
 conuiciorum referto Epithalamio,  
 quod olim contra quosdam  
 sacerdotes Morauie, qui primi  
 fere sub re-

attingere: tamen ad vitadum  
 scortationem, vnusquisq; suam  
 uxorem habeat: hoc est: ut cum  
 ea rem potius habeat. Quod  
 autem id voluerit, seipsum  
 continuo explicat subdens: Maritus  
 uxori debitum soluat & uxor  
 marito &c. Postea hoc quoq;  
 addunt Romanæ Ecclesiæ Doctores:  
 47. Matrimonium sacerdotum  
 nihil differre à lenonū vita,  
 quodq; sacerdotis uxor sit tantum  
 concubina eius. Quod re ipsa  
 demonstratum est I iij in

Regi nyom tet vanyok, Bratislava-Lyceum.  
 (303.119.2.)

SPONGIA. ASSERTIO

novationem coetuum Ecclesie Christi apud nos uxores duxerunt, confinxerunt, & ubique in suis synagogis, tanquam re optime a se facta, cecinerunt. Age autem transferant id in latinam linguam, & mittant in exterarum regiones ad viros illos praestantissimos iudicandum, cognoscent certe illi eximij viri istos Hy-menoepeos.

48. Considera pie lector istorum bonorum sociorum *εταίρων*, & indica an non parentem suum diabolum ad unguem referat: Hocne est charitatis a D. Paulo 1. Cor: 13. descriptae specimen? vab exertores charitatis: quam sunt benigni: non instantur: non sunt ambitiosi: non gaudent super lapsu proximorum: credunt & sperant Christum posse & velle lapsos erigere &c. Quid tu autem arbitraris pie lector, si in ipsorum arbitrio sita esset salus huma-

in Imperiali Conventu post illud Electoris Saxoniae bellum in praesentia Caesareae M<sup>ts</sup>: ubi multi Evangelici Sacerdotes reliquerant uxores & liberos, & p concubinis illas, hos p spurjis evulgarunt ex prescripto Episcopi quam 48. renunciant Sacerdotijs.

ni

SPONGIA. ASSERTIO.

ni generis, recepissent scilicet Lothum: Davidem: Petrum: Magdalenam: Paulum: Latronem in cruce & ceteros tales: praecipue autem si nolissent iurasse in ipsorum societatem, in gratiam: Nonne illis lapsis non tantum insultarent, sed continuo ad Gehennam deicerent? tanquam Phariseus ille Luc: 18. Iamne autem cognosces de ipsis recte dictum a D. Luthero in resolut: super proposit: solut. 80. O blasphematores Dei, & contemptores Christi: Si Christus ita fecisset, sicut vos facitis, quis unquam salvatus esset, &c.

49. Hic vides pie lector, quo pacto isti boni socij tanquam ex virtute in virtutem scilicet euntes, magis magisque charitatem exerant, quam sunt mites: quam mansueti: quam subiecti suo Magistratui: quam tolerantis exiguum lesi, si tamen veritas lesi.

50. Vab quam

Illis iste Baro Albertus respondeat, & contra illos 49. tueatur matrimonium suorum Sacerdotum, non contra nos 50. pauperes coram mundo reiectos homines. Habet scripta Cochleij: Eccij: Vicelij: Pighij: Hofmeysteri Latomi: Asoti I iij cor:

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 1303.16.21

ASSERTIO. SPONGIA

pauperes: sed scisne confelsarij Cæsa-  
pie lector verè dici ip- rei eximiè docti:  
sos esse pauperes, quan hos 51. refutet.  
do in balneis lauant, &c.

tunc enim sunt nudi, ideoq; pauperes. Alioqui  
extra balnea nonne scis de ipsorum paupertate  
verè dici posse: Qui curios simulant, & baccha-  
nalia viuunt? Sicut eos quoq; externè castissi-  
mos, esse in suggestu, & obedientissimos in con-  
uiujs, tibi non est incognitum, De his aliàs fu-  
sus.

51. Iam dudum satis superq; istis omnibus  
est responsum, suntq; refutati, & conuicti do-  
ctrine Satanicæ, idq; ad normam D. Pauli, à  
pijs & doctissimis viris, D. Patribus & Præ-  
ceptoribus nostris. Quod autem istis dictum est,  
dictum putate vobis quoq; ô boni socij Val-  
densipapistici, nam similes estis istorum con-  
temptores Dei, & impugnatores sacri eius in-  
stituti, atq; calumniatores omnium piorum Mi-  
nistrorum Ecclesie Christi, qui in vestram so-  
cietatem nolunt iurare.

52. Ora impudens Hæc autem nos  
ria, & frontes pudere scribètes, atq; o-  
nescientes, dicite ista pinionem Roma-  
passeribus, ne ex præ næ Ecclesie po-  
nen-

SPONGIA. SASERTIO

cedentibus & sequen- nentes 52. nulli-  
tibus colligant & in- us conscientiam  
dicent, quò hæc præ- attingimus, neq;  
occupata limitatiove- condemnamus  
stra tendat, nobis, a- quenq;. &c.  
lysq; pijs & doctis viris frustra ista dicitis, nam  
vos, diuina gratia manifestatos, iam satis su-  
perq; intus & in cute cognouimus.

53. Vah conclu- Ita tamen con-  
siores: Quid tu arbi- cludimus, quòd  
traris pie lector, te in 53. vnitate no-  
nondum satis cogno- stra nunq; conce-  
uisse istos bonos socios sserimus neq; cõ-  
Valdensicos esse mem- cedamus adhuc  
bra illius, quem communiter om-  
D. Paulus prædixit nibus Sacerdoti-  
2. Thef: 2. extolli su- bus Dnõ sancti-  
pra omne quod dici- ficatis libertatem  
tur Deus? nonne vides istam contrahen-  
ipso, in eo quod Deus di matrimonium  
omnibus non ineptis sed vnicuiq; ita  
concedit, & nulli ve- 54. consulimus,  
tat, sibi id arrogare, vt 55. conscientia-  
vt pro suo placito fa- am suam nõ con-  
ciant & dispensent, taminet, & ani-  
concedendo vxorẽ du- mã nõ pdat: &c.

I v Hoc

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(308.16.2.)

## SPONGIA.

gere, non omnibus, sed quibus ipsi voluerint.  
Deinde considera quam bellè sibi suoq; regno  
provideant, nam collapsò hoc unico fulcro, quo  
solo hætenus constitit, actum de ipsis fore. Non  
enim ita venerabuntur à suis mancipijs, præci-  
pue sororculis: quibus persuaserunt sacerdotes  
debere esse tam puròs, quam est Sol, se itaq; in  
sua mentita castitate, & cœlibatu omni fœdisti-  
ma spurcicie pleno tam puròs esse, si dñs placet.  
Deniq; vide pie lector, an non in ipsos quadret  
aureum illud dictum Chrysostomi super Matt:  
Hom: 49. de signis Antichristi & eius socio-  
rum, dicentis: Deniq; præferent maiorem  
continentiam, & carnis mortificationem exter-  
nam, quam appareat esse inter veros Christia-  
nos, &c.

§4. Ain' tu pie lector, istòs non esse bonos  
consultores? esne oblitus quam bellè sciant con-  
sulere suis minoribus conproceribus? Repete ergo  
ea que supra parag: 33. sunt ostensa ex libelo  
ipforum de statu libero: nempe: solum ma-  
trimonium profundius seducit, Nam qui violat  
votum, violat fœdus: Qui violat fœdus vio-  
lat rationem ministri: qui violat rationem mi-  
nistri, ab eo debet auferri officium ministri,  
nam officium sanctificationis tali datur, &c.  
Item:

## SPONGIA.

Item: Non est possibile ei qui est addictus san-  
ctificationi ministerij, ut illud posset permutare  
nisi per legitimam dissolutionem illorum qui  
talis dispensationis plenariam potestatem sibi  
tributam habeant. Nam si concessum ipsi fue-  
rit, ut statũ suum pristinum mutet, aliud non  
potest fieri, quam ut ab officio deponatur. Ista  
duo semper coniuncta esse oportet, ratio mini-  
stri, & veritas officij ministri, quod si vnum  
auferas, ablatum erit alterum quoq; &c. Ex  
istis & similibus scito pie lector promanare ip-  
sorum impijssima deliria, quibus sunt commen-  
di, suisq; mancipijs persuaserunt, Sacerdotem  
maritum non posse legitime sacram cœnam ad-  
ministrare, ut qui matrimonio pristinam san-  
ctificationem per commendationem ministerij  
adeptam prophanet. Item: sacram cœnam non  
esse tam sapidam (disperde Christe Satanam  
tandem in istis mysogamicis portentis) abs ma-  
rito sacerdote administratam, sicut à cœlibe, &  
similes diaboli blasphemias. Ad persuaden-  
dum tamen suis minoribus conproceribus ut in  
cœlibatu perseuerent, (Est autem cœlibatus  
contrarius matrimonio tali ratione, ut cœlebs  
proprie dicatur qui uxorem non habet, concu-  
binas tamen habere possit) torquent verba  
Christi

## SPONGIA.

Christi, Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Inunc pie lector, & ipsos consule, si tibi recte, scilicet, consultum velis.

55. Vide autem, & considera serio atq; expende in timore Dei, te pie lector, obsecro, quo isti consultores putant conscientiam contaminari? & animam perdi? legitimo matrimonio, vobis quam Apostolicè: Vnde autem arbitraris ipsos hæc didicisse? num ex verbo Dei? Non certe. Nam Dei verbum multo aliter & rectius de his docet. Quod videlicet coniugalis consuetudo habeat securam voluptatem, & conscientie fiduciam coram Deo, & hominibus. Hoc enim ostendunt & probant verba D. Pauli 1. Tim: 2. Saluabitur autem mulier per generationem liberorum, si permanserit in fide, in delectatione: & sanctificatione, cum sobrietate, &c. Neq; ab istis diuersum est, quod D. Paulus alibi scripsit, 1. Corinth: 7. sanctificatus enim est vir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt, &c. Dicant autem, imò probent testimonio sacre scripture, se posse de sua fide & plus cauta quam casta vita continente, & libero statu dicere. Hoc

## SPONGIA. ASSERTIO.

56. En pie lector corollarium Valdenses papisticum ab istis bonis socijs, ne quid eorum blasphemie desit, appositum, si non satis insanunt instiga ipsos. Vides enim quo pacto totam vomitum maledicentissimi veneni simul expuant, tanquam liberati à pleuritide, sed utinam vere essent liberati.

56. Hoc addimus: vae illis qui ita 57. carnales efficiuntur, & in labore spiritum exinaniant, vt pro uili & misera vxore tam difficilia scandala in sanctisynagogis pariant, & sint s. oneri Ecclesie cū vxoribus & liberis.

## DIXIMVS.

57. Expende ista pie lector in serio timore Dei, nam iuxta istud corollarium de omnibus ipsorum dictis & scriptis, non tantum in hac assertionem, sed in ceteris rapsodicis tractatibus poteris iudicare, tanquam iuxta rectam cynosuram. Nonne autem iure ipsos poteris conuincere impurissimi dogmatis Esseorum: Marcionitarum: Hieracitarum: Montanistarum: Encratarum: Papistarum: & quorum non idq; ex ipsorum proprio ore. Siquidem cum istis omnibus asserunt & precise concludunt (sed quam

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1308.16.2.

SPONGIA.

quam pie ipsi viderint) Matrimonium Ministrorum esse rem prophanam, foedam & abominandam, ut eo, Domino sanctificati, coinquantur. Item: Sacerdotem maritum fieri, idem esse quod carnalem effici, & spiritum exinanire, lenonum vitam viuere, propter vilem & miseram uxorem (vah qualia Encomia, ad normam, scilicet, sacrae scripturae:) maribus ministros scandala in Ecclesia parere, & vna cum honestis liberis oneri esse Ecclesiae: & quae non? Proinde rectius scilicet ipsos facere, in sua separata, ab omnibus alijs coetibus reformatis sacrae orthodoxae Ecclesiae Domini nostri IESU CHRISTI, quam vocant, vnitatem, quod uxores non ducant ipsorum seniores, neq; iuniores patiantur ducere, sed quod in coelibatu, si non caste, tamen caute viuant. Verum amabo te pie lector, vbi quippiam tale ab Apostolis, aut ab eorum discipulis dictum aut scriptum vidisti vel legisti, quale ipsorum assertio continet? Nonne igitur dices istos bonos socios omnino esse Fratres scilicet, legis Christi? nonne dices ipsos sibi solis iure, scilicet, talem titulum vendicare? vah quam recte:

58. En pie lector, in fine laus probatur, digna mehercle patella operculum. Si finis boni

1148

SPONGIA.

ius est, erit & laudabile totum: Apagete hinc D. Paule: Petre: Apostoli & Euangeliste cum vestra illa odiosa, scilicet, doctrina de matrimonio, nam si isti Aristarchi vos in suam Scholam adepti fuerint, aliter vos, credito mihi, docebunt, sicut specimen eius in assertione ipsorum videtis.

ITE MISSA EST,  
VALDENSIBVS GRATIA PRO ISTA ASSERTIONE.

Sed tu pie lector haec legens, & ad analogiam verae Fidei & doctrinae Christianae examinans, dic mecum.

TV AVTEM DOMINE VSQVE QVO:  
VENICITO DOMINE IESV, AMEN.

EX

Regi nyom tect vanyok, Bratislava-Lyceum:  
(303.14.2.)

EX RESPONSO  
CLARISSIMI ISTIVS VI-

ri Euanciciensis N. N. ad Epi-  
stolam Pauli Kyrmezeri  
excerptum.

Si in eo res est posita, aut  
hoc agis ne sint cœlibes nostri,  
cura eis conditiones eiusmodi  
quæ alant ipsos cum vxoribus  
& familia, & confido disputati-  
ones tuas tam fore efficaces, vt  
intra paucos menses habiturus  
sis ex his per multos maritos, &  
admiraturus ipse efficacitatem  
orationis tuæ, tanquam Her-  
culis illius &c. Hæc ille.

AD PIVM LECTO-  
rem Pau: Kyrme:

**I**V dica pientissime lector te obsecro, & expen-  
de in serio timore Dei, an filios Dei, & fra-  
tres Christi, (filios Dei, & fratres Christi, in-  
quam, quod isti boni socij Valdenses sibi solis  
duntaxat

AD LECTOREM.

duntaxat arrogant) talia nedum cogitare, te-  
ceo, loqui etiã & scribere deceat? Nonne autem  
dices candidissime lector, istos debere tandem  
pudere talium nugarum, vel magis impietatis  
& diffidentie de misericordissimo Deo, eiusq;  
benignissima & promptissima paterna provi-  
dentia & sollicitudine erga homines, non solum  
pios & iustos, sed impios quoq; & iniustos.  
Quid homines dico? imò etiam cetera omnia &  
singula animantia bruta, minima etiam & in-  
utilissima, in aère, in terra, in aquis, degentia.

Isti in suis synagogis alunt, equos, vaccas,  
oves, sues: alunt aurigas, tubulcos, opiliones,  
subulcos, habent agros, vineas, hortos, pomeria,  
prata: alunt pueros, adolescentes, puellas, vi-  
duas, pro suo ministerio: extruunt domorum æ-  
dificia satis ampla & amœna non exiguis im-  
pensis, emunt suppellectilem æconomicam ad  
superfluitatem vsq;: Vnica vxor ab istis  
non potest ali: Illa supradicta omnia non  
sunt molesta, nec graua, nec impedimento istis  
bonis socijs, Vnica vxor legitima parit  
molestiam difficultatem, est impedi-  
mento et oneri antistitibus et proce-  
ribus Valdencis, ipsorūq; Ecclesiæ:

☞ Sed tu Domine vsquequo.

K

Tu

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(303.14.2.)

P. AV: KYRMEZE:

Tu itaq; pientissime & candidissime lector ipse istud dato, & credito si voles. Nihilominus tamen eos hortator, vt abdicata tali diffidentia, puerilibusq; nugis, ad Ethnicos & Paganos, discant magis pie de Deo, eius sanctissimo instituto, & benevolentissima misericordia, qua erga nos perpetuo afficitur, sentire, loqui, & scribere, eiusq; omnipotentia & clementia plus confidere, quam hactenus ab ipsis fieri, verba clarissimi istius viri aperte demonstrant. Ne autem tu similis ipforum in re tali reperiaris, ora Deum clementissimum Patrem te non inducat in tentationem, sed adaugeat tibi fidem: Deinde accurre ad Legem & testimonium, veros & viuos Israelis fontes, inde succum dulcissimi refrigerij haustus, cuius suauissimum haustum hic tibi propino, tu audissime accipito.

Deut: 8. Non in solo pane viuit homo, sed  
Matth: 4. in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.

Psal: 36. Iunior fui, iamq; consenui, & non vidi iustum derelictum, nec sement eius quaerens panem.

Psal: 54. Iacta in Domino cura tuam & ipse te enutriet, non dabit in aeternum fluctuationem iusto.

Oculi

AD LECTOREM.

Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam ipforum in Psal: 144. tempore oportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Qui dat escam omni carni, qui dat iumentis escam ipforum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Psal: 148.

Et dixit ad me Sion: dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa obliuiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te. Esa: 49.

Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus est quam vestimentum? Matth: 6. Respicite volatilia coeli, quoniam non serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater vester celestis pascit illa, nonne vos multo pluris estis illis? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo opemur? Hac enim omnia gentes in-

K ij qui-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (16. j.)

**PAV: KYRMEZE:**

quirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iusticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

1. Pet: 5.

Omnem sollicitudinem vestram projicientes in Deum, quoniam ipsi est cura de vobis &c.

Huc spectant exempla ex libris Mosis, de populo Israelitico in deserto à Deo 40. annis nutrito. Vidue Sareptane. Alterius Vidue. Nuptiarum in Chana Galilee. Populi à Christo ad saturitatem, ut plura etiam fragmenta fuerint residua, pasti. Quotidiana experientia docet etiam infimæ & maxime tenuis sortis homines ali cum vxoribus & liberis, &c.

Eant nunc boni socij Valdenses, & iubeant ut ipsis conditiones curem, que alant ipsos cum vxoribus & familys. En conditiones, si has renuerint, meliores querant, ego tamen ipsorum iussis satisfeci:

**Sed tu Domine vsquequo?  
Veni cito Dñe Iesu; Amen.**

**AD**

**AD LECTOREM.**

**AD PIVM LECTOREM P. K.**

**E**ndamus tibi pie lector, excerpta, bona fide, quedã ex responsione à fratre Iohanne Blahoslauio primario Antistite societatis Valdenses nomine totius societatis scripta super duas questiones: I. Cur fratres ab alijs unitatibus sub vna vel sub vtracq; ut vocant, seiunguntur: II. Cur homines (mancipia sua) ad obedientiam obligant. In quibus ponit descriptionem Ecclesie, qualem ipsi in hoc seculo querunt, ut eam inuenientes cum ea vniri possent, quam tamen nondum in toto orbe terrarum se inuenisse putant, etiam apud Turcas vel reliquas gentes Barbaras, quæsitam ab ipsorum Fratre Martino Kabatniko, neq; talem vspiciam alibi esse somniant, quam in sua illa separata vnitae, & sociali coniuuratione in tribus duntaxat prouincijs: Morania, Bohemia, & Polonia. Eam ob rem nolunt coalescere cum cæteribus reformatis Ecclesie Christi, sed omnes contemnunt & condemnant, sine exceptione, qui in ipsorum societatem nolunt iurare, quod tibi abunde patebit ex ista responsione. Tu bene vale, lege & iudica in serio timore Dei.

*Sub vna  
vocat Pö-  
tificios: sub  
vtracq; vero  
eos, qui à  
Pontificijs  
desinuerūt.*

**K in EX**

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (19. 2.)

EX RESP: 10: BLAHOSE:

Ex prima quæstione : Cur fratres ab omnibus alijs vnitatibus siue sub vna siue sub vtraq; vt vocant, se iunguntur.



SI in vnitate Bohemica, hoc est parte sub vtraq; esset ea reformatio, quæ ad formam primitiuæ Ecclesiæ in sacris literis clarè descriptæ conueniat, facilimè Fratres cum ipsis concordarent, neq; vllæ essent difficultates, aut dissidia, & altercationes. Hoc est si reperirentur in Bohemica parte hæc sequentia :

SI SACERDOTES.

*a: Isti boni socij somniant se ad amissim reatineretatem doc-*  
**P**rimo purum verbū Dei prædicarent, hoc est, sine a nociuis, additamentis humanis, & detrimentosa de necessaria veritate detractione, nam qui aliter docent, hos Paulus a-

AD QVÆSTIO: I.

nathemate ferit, Gal: 1. 1 Tim: 6. Tum etiam Sacramenta administrarent legitimè iuxta mentem Christi, non omnibus promiscuè, Sed b: dignis.

*b: ( Si tantum dignis, cui deberent vnquam administrare? nisi putant se in illa sua separata vnitate dignos esse, & si sunt digni id est iusti, non indigent cæna Domini neq; Baptismo, ne que Christo: nam propter dignos Christus neq; mortuus est, neq; mortis sue memoriam instituit, sed peccatores veni vocare ad poenitentiam, propter quos, & mortuus est, ipsisq; instituit sacram cœnam, vt indignè non vescerentur ea )* Cùm Dominus prohibeat Sanctum dare canibus. Matth: 7. 1. Corinth: 6. Apoc: 22.

SECUNDO, bonis operibus, hoc est, vera pietate, & vitæ honestate populo Christi prælucere. Matth: 5. 1. Timoth: 3. Tit: 1. 1. Pet: 2. Si nemini vllam præberent offensionem 2. Corinth: 6. ta, &c. Si populo Domini in sermone, con-

K iij uersa-

*trine Apo-  
stolica in su  
a separata  
vnitate sed  
nonne di-  
uersum vi-  
detur in ip-  
sorum scrip-  
tis? Videres  
Pontificale  
maius &  
minus: Itē  
libellum de  
statu libe-  
ro. Item in-  
tegram re-  
sponsonem  
D. Alber-*

*to à Pern-  
stein ex quo  
assertio sua  
pra scripta  
est excerp-*

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303. (1921)

EX RESP: 10: BLAHOSE:

uerfatione, dilectione, fide exemplo  
 essent, 1 Tim: 4. 1 Thes: 1. ita vt au-  
 daacter cum D. Paulo seipfos pro e-  
 xemplo † proponere queant, dicen-  
 tes: Imitatores mei estote fratres,  
 & considerate eos qui ita ambulant,  
 sicut habetis exemplum nostrum,  
 1. Cor: 4. Phi: 3. Si coram Deo & ho-  
 minibus haberent bonam conscien-  
 tiam 1 Tim: 1. 3. Qui sunt coniuges,  
 si vxores haberent pudicas & hone-  
 stas, liberos recte educatos, & dom-  
 suam recte administrarent. 1 Tim: 3  
 ny: ceteriq; Qui vero sunt coelibes, si honeste &  
 innumeris, castre viuerent, 1 Tim: 5. Nam qui  
 sicut in spō his sanctis virtutibus, & honesta ac  
 gia est ostē pia conuersatione x: caruerint, sintq;  
 sum, digni ebriosi, auari, impostores, scortato-  
 certe quos res, adulteri, &c. ijs Spiritus Domi-  
 sequantur ni minatur interitum, Gal: 5. ac  
 auditores horrendum exemplum est improbus  
 ipforum. Apostolus Iudas, Et Psal: 49. Cur tu  
 x: Tecum impie &c. Et ipse Dominus Luc: 6.  
 habita, & Hypocrita inquit, ecce prius trabem  
 noris quam &c.

fit tibi cura  
 x supelle

Tertio

AD QVÆSTIO: I.

TERTIO, viuam & seriam curam  
 animarum hominum gerent, quæ  
 quidem nō continet tantum fidelem  
 assumpti muneris erga omnes publi-  
 cam executionem, verum etiam pri-  
 uatam & sanctam animarum homi-  
 num dilectionem, cum assiduis pro  
 iisdem precationibus. Phil: 1. Ephe. 1.  
 1 Thes: 1. 2. Thes: 1. Col: 1. Ezech: 34.  
 Singularem seu priuatam admoniti-  
 onem. Act: 20. Tit: 2. manifestam  
 obiurgationem 1 Tim: 1. 5. Tit: 1.  
 & ex communionē Ecclesiæ eiectionem,  
 seu excommunicationem,  
 1. Cor: 5. Gal: 5. Exemplo est Cæsar  
 Theodosius & Episcopus Romanus  
 S. Ambrosius. Theod: hist: Eccle:  
 lib: 5. Cap: 18.

QVARTO, diligenter curam ordi h Isti A-  
 nariē adhiberent, vt boni atq; pñ pa- cessiani, Do-  
 stores ad peragenda mysteria diuina natiste &  
 ordinarentur, & alij alijs succederēt. Cathari sō-  
 2 Tim: 4. qui probarentur 1 Tim: 5. niant se sō-  
 & bonum testimonium habeant ab los intus ef-  
 ijs etiam qui h extra sunt, vt inquit se, ceteros  
 D. Paulus 1. Tim: 3. vt primūm pro- omnes ex-

K v bati tra.

Regi nyomtatványok, Bratislava - Jyzeum: 1303.19.2.

EX RESP: 10: BLAHOSE:

bati sint, & ita demum ministrent sine querella, Phil: 2. 1 Pet: 2.

QVINTO. Hæc omnia facerent candido & sincero animo, sine omni fraude atq; sophisticè, hoc est, non propter corporale qualecūq; emolumentum, aut lucrum, id est, 4 pro

*21. Quis nō diceret istos sequendis & retinendis victui necesse omnino sarijs, honoribus, gloria, diuitijs, voluptatibus &c. 1 Pet: 5. 1 Tim: 3.*

*hac vita Tit: 1. sed prompto animo ex gratia non esuri. 1 Pet: 5. & vt ipse Dominus inquit: re, non sit gratis, Matth: 10. cum timore Dei, tere? &c.*

& memoria huius, Ministros reddituros olim Domino rationem animarū suæ fidei commissarum. Eze: 3. 33. Heb: 13.

*a: Nonne ipsi maxime amantiam istorū malorum* SEXTO, perseverarēt in sancta vna nimitate, dilectione, a: sine dissidijs, distractionibus, iurgijs, turbis, contentionibus &c. 1 Cor: 1. Phil: 2. 1 Pet: 3. Rom: 15. Ephes: 4.

*dant per suam separationem? Sicut ipsis hoc est aperte ostensum Epistola quarta ad ipsos à nobis missa?*

SEPTIMO, manerent in ordine, hoc est, si alij aliorum curam gererent,

AD QVÆSTIO: 1.

rent, si alij alijs obedientiam præstarent exemplo Pauli, Timothei, Titij, & aliorum. Vide quomodo Paulus Apostolus Timotheum docebat, instruebat, monebat, excitabat, varias rationes ostendendo, quo pacto in quo negotio se gerere, & quid agere debeat, quomodo & quibus quid proponere, & quos obiurgare debeat. *Certe ista at. Similiter instituit Titum. Et sciunt foros Sanctus Iohannes exemplo est, cuius ad aliquas Ecclesias scribendi rationem vide in Apocalipsi. iurgant, nec excommunicant, metuentes suis ventris, ne quicquam abstrahatur, & decederet.*

ALIAS

*Si c: ab istis commemoratis alieni c: Isti boni fuerint Sacerdotes, tum Dominus socij putantur testatur eos esse salem corruptum, neminem qui ad nulla est utilis, nisi vt foras e- hac scire, iiciatur, & ab hominibus conculce- aut faceretur. Matth: 5. Et Deus per Prophe- prater ip- tam grauius minatur talibus malis sos que mis- pastoribus, qui se ipsos pascunt &c. nistrum de alle- cent &*

Regi nyomtatvanyok Bratislava-Lyceum: 1303.16.2.

EX RESP: 10: BLAHO SL:

asserens se gregem suum ex ipsorum  
manibus erepturum &c. Ezech: 34.  
Apostolus autem Phil: 3. enarrat,  
quomodo fideles Christiani erga hu  
iusmodi se gerere debeant inquiring:  
Ad quod iam peruenimus, in eo iux  
ta eandem normam perseueremus,  
& idem sentiamus. Imitatores mei  
estote fratres: usq;: terrestria curant,  
Et ad Rom: 16. Obsecro autem vos  
fratres vt consideretis eos qd dissidia  
& offendicula gignunt: usq;: autem  
ad malum. Et 2 Thes: 3. Præcipi  
mus autem fratres vobis per nomen  
Domini nostri IESV CHRISTI,  
vt subducatis vos: usq;: pudore suf  
fundantur.

*d: Istud in nullis re-  
formatis  
coetibus fit,  
nisi apud  
Valdensi-  
eos socios  
maiores &  
minores sci* DEINDE, Si populus Bohemi  
cæ partis omnium ordinum qui cul  
tibus sacris communicat, ad eam ra  
tionem duceretur diligenti diuino  
ministerio, vt ministri liberè ad ip  
sum prouocare. atq; cum Apostolo  
dicere possint: d: Vos estis nostra Epi  
stola 2 Cor: 3. 1 Thes: 2. Item cum  
D. Petro: Vos estis genus electum,  
regale

AD QVÆSTIO: I.

regale Sacerdotium, Gens sancta licet. Au  
1 Pet: 2. Hoc est: *dimus istos*  
*dicentes in ordinatione suorum Sacerdotum: Ecce iste*  
*N. non indiget testimonio ordinationis, sicut illi qui Vitea*  
*berge ordinantur: Sed vos fratres & sorores estis Epi-*  
*stola & testimonium eius vnum, manus Vitea*  
*bergenfi, &c.*

SI POPVLVS

PRIMO Deo in Ministris ab  
eo datis obedientiã præstaret Rom:  
16. Hebr: 13. 1 Thes: 5.

SECUNDO, Vias Dei edo  
ctus, 1 Thes: 4. & illuminatus, hoc  
est ab a erroribus ac peccatis libera  
tus esset. 1 Tim: 5. Gal: 5. *a: Isti boni  
socy persua*

TERCIO, Digne in vocatio  
ne sua ambularet, Phil: 1. 1 Thes: 1. *dent suis  
mancipys,*  
1 Thes: 5. Ephes: 4. 5. *eos in hac*  
*vita esse immunes ab omni errore & peccato, ob id solim*  
*quod in coniuratione Valdensica sint compacti.*

QUARTO, Rectores suos,  
hoc est, Sacerdotes & Ministros di  
ligeret & in precio haberet, honore  
prosequeretur, pro ijsq; Deum o  
raret, Heb: 13, 1 Tim: 5, Eph: 6.

QUIN-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303.192.)

EX RESP: 10: BLAHOSE:

QVINTO, Sancta disciplina

*b: Ostendat* vt vinea sepe muniretur, vt *b: exem-*  
*pli boni so-* plum primitiuae Ecclesiae ostendit.  
*y. ab ipsis* Matth: 18. 1 Cor: 5. 2 Thes: 2. &c.  
*inquam* excommunicatum Baronem, nobilem, aut  
*plebeium* diuitem.

Ex secunda quaestione: Cur  
homines suos ad obedientiam obligant.

QVARTA CAUSA, hoc est

urgens necessitas, cum ministro  
rum Christi, tum etiam populi. Cui-  
libet Ministro Ecclesiae ordinato ne-  
cesse est, (vt a minoribus incipi-  
am) primum: vt habeat cibum, po-  
estor ordi- tum, & amictum, vt iuxta carnen-  
nem ab istis viuere, & Deo in ipsius populo ser-  
uatum: uire possit.

*primo ven-* Deinde multo magis necessarium  
*ri consu-* est, vt habeat bonam conscientiam:  
*lunt, deim-* hoc est, vt certo sciat se officium su-  
*de conscien-* um erga Deum & erga homines pra-  
*ue & mi-* stare: Deum in ipsius ministerio de-  
*uisterio.* lectari, benedicere, & finito labore  
Chri-

AD QVÆSTIO: 11.

Christum eum ad se recepturum esse O Fratres,  
in iucundam requiem. &c. Fratres,

Exemplo est Apostolus qui inquit *querenda*  
2 Tim: 4. Certamen bonum decer- *pecunia*  
taui, fidem seruaui, &c. Et vide quid *primum*  
inquit 1 Tim: 1. Habens fidem & bo- *Christus*  
nam conscientiam, a qua auertentes *post num-*  
se nonnulli perierunt in fide, quoru- *mos:* Hic  
de numero est Hymeneus & Ale- *dicunt se*  
xander, quos tradidi Satanae vt di- *velle iuxta*  
scant non maledicere. Haec nisi ha- *carnem vi-*  
buerit, erit indignus minister, & a- *uere: supe-*  
pud seipsum tentationum, timoris *rius autem*  
& terrorum plenus, Nam ipsi vt po- *in quinta*  
te scripturae perito conscientia subin- *ratione di-*  
de inculcarent: Seruus sciens volun- *xerunt se*  
tatem Domini sui, & non faciens plu- *non agere*  
ribus plagis cedetur. Luc: 12. Item: *quicquam*  
Quid prodest homini, si vniuersum pro conse-  
mundum lucratus fuerit, animae ve- *quendis es-*  
ro suae iacturam fecerit: aut quid *retinendis*  
dabit homo cuius permutatione re- *uictu ne-*  
dimat animam suam: Matth: 16. I- *cessarys,*  
tem Hypocrita eijce primum trabem *quam sine*  
ex oculo tuo, & ita tandem festucam *sui similes*  
ex oculo fratris tui, &c. Luc: 6. Ne-  
que

Regi nyomtetvanyok, Bratislava-Lyceum:  
1303. (19. 2.)

EX RESP: 10: BLAHOSE:

que esset verus Minister atq; Zelo-  
tes (nisi fortasse zelo sine scientia)  
sed esset tepidus, cui Dominus Apo-  
ca: 3. minatur. Si igitur Minister  
debet suum officium facere, fidem  
atq; bonam conscientiam seruare,  
cogitur profecto vigilanter cū mul-  
ta diligentia, multoq; labore primò  
attēdere sibi ipsi vt sit exemplar gre-  
gis: Deinde attendere vniuerso gre-  
gi. Act: 20. ita vt subministret men-  
surā tritici, aut demensum vnicuiq;  
ex familia Domini cibum, Luc: 12.  
vt vnumquēq; perfectum reddat  
Christo, Col: 1. Postremò vt vniū-  
cuiusq; rationem reddat Domino  
Heb: 13.

a: Nōuitne  
Paulus om-  
nes apud  
quos docu-  
it, & ad  
quos Epi-  
stolas suas

Iam quis est adeo rudis vt non  
videat oportere eum vnumquēq;  
ex Domini familia a: nosse: ex ipso  
intelligere & cognoscere an velit eū  
pro Ministro Domini agnoscere &c.  
Apostolus testatur de fratribus Gal-  
latis dicens, Suscepistis me tanquam  
Angelum Gal. 4. Atq; vt dicit Eze-  
chiel 34 Cap: Pastorem (hoc est mi-  
nistrum

AD QVÆSTIO. II.

nistrum aut gubernatorem Ecclesiæ, scripsit? Ne  
vel sacerdotem) debere quod esset *ut ne Pe-*  
infirmum consolidare, & quod egro- *trus omnes*  
tum sanare: quod confractum alli- *dispersos in*  
gare: quod abiectum reducere, quod *Ponto, Ga-*  
perierat querere. Si vult horrendas *latia, Ca-*  
pænas effugere. Oportet igitur pro- *padocia,*  
fecto illum scire quæ ouis sit confra- *Asia &*  
cta, errabunda,, imbecillis &c. *Bithymia,*  
quos docuit, & ad quos Epistolas scripsit? Imò possunt ne  
homines esse *καρδιογυνοσαι*, vt cognoscant qui sint veri  
ministri Domini? cum id ipsum Paulus 2. Tim: 2. soli Deo  
tribuat? Isti tamen boni socij somniant se ad vnguem  
omnes nosse: sunt ergo *Dij* essentia, &c.

Imò & id scire eum oportet quæ  
ouis velit vel nolit etiam b: eiusmodi b: V ab me  
medicina vti, & ab ipso curari, q̄ velit dici: ex-  
vel nolit ipsi prestare obedientiā etc. *per te sunt*  
oues Fratris Kohaut, & eius similibus Fratrum, qui sese pro  
medicis apud suas sororeculas prostituuerunt, medicinā,  
qua ipsarum vomicas curarunt, vt pus mutatū sit in embri-  
ones, Deinde eruperit, & replevit cunas, &c. nonne au-  
tem dices pie lector istos esse bonos medicos?

Quin imò cum ipse Deus exem-  
plo medici vtatur facilè intelligi po-  
test, quam hæc sint inter se similia.

L Medi-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
1303.19.2.

RESP: IOH: BLAHO SL:

Medicus certè nunquam exhibebit  
medicinam egrotis, aut eius curam  
suscipiet, qui illi obedire nolit, illius  
† Nonne vi consilio non regatur, † & morbum suū  
des pie le- ipsi celet &c. sed posset tali dicere:  
etor, ipsos Non est opus sanis medico Matt: 9.  
facile posse noscere suas oves, quo defectu laborent, nam in  
minori pontificali habent normam inquirendi de omnibus  
peccatis contra singula præcepta decalogi in confessione,  
coguntur autem apud ipsos omnia exactè & præcisè enume-  
rari, iuxta omnes circumstantias. Præcipue autem in sex-  
to præcepto, non tantum miranda, sed magis obscæna isti  
cœlibes querunt, ut coniugati plurimi talia nesciant, vob  
confessarij & medici, quorum ipsum tandem Satanam pua-  
dere possit. Tu tamen ô Christe hæc respicis, & pateris?

Ita è conuerso vnumquodq; mem-  
brum Ecclesiæ, hoc est Christianus  
indiget necessitate ineuitabili vt asse-  
quatur & inueniat ordinariè bonam  
conscientiã vt Petrus testat 1 Pet: 3.  
Baptismum non esse sordium car-  
nis ablutionē, sed bonæ conscientiæ  
interrogationem apud Deum, quæ  
conscientia ita ordinariè adepta gi-  
gnit spem veram, cuius ante iubet  
Petrus reddere rationem &c.

Hæc

AD QVÆSTIO: II.

Hæc autem querenda sunt à Mi-  
nistris Christi, itaq; necesse est sciat  
quis sit iste Minister, vt eum cum fi-  
ducia tanquam Angelum Gala: 4.  
& tanquam Christum Luc: 10. in  
sacro ministerio suscipiat, ALIASe-  
nim qui scire possit à quo Christi vo-  
cē audire 2 Cor: 2. Rom: 16. Eph: 4.  
Cui subditus esse & obedire Heb. 13.  
Quem in omni pietate imitari debe-  
at. 1 Cor: 4. & 10. Phil: 3. 1 Thes: 2.  
2. Thes: 3. &c. de quo supra.

Ad pium & candidum lecto-  
rem Pau: Kyrme:

Hæc ex duabus responsionibus, pie lector,  
Fratris Iohannis Blahoslani excerpta bo-  
ni consule, in timore Dei sedulo lege, & ad  
normam verissimi Lidy lapidis, id est Verbi  
Dei, seu sacre scripturae, probe & candidè  
examina. Plura si opus fuerit accepturus. Vo-  
lo te autem admonitum, ista excerpta non esse  
optime ab ipso scripta, neminem, nisi impuisti-  
mum, posse affirmare: Ad hæc ministrum &  
auditores ista nescientes, non esse dignos nomi-

Lij. nari

Regi nyomtatvinyok, Bratislava-Lyceum:  
(308.19.2.)

**PAV: KYRMEZE:**

nari ministros Christi, & oues eius. Sed hic sci-  
to cardinem totum verti, an toto mundo hoc du-  
rante vnquam quispiam ex mortalibus inuen-  
tus fuerit, aut inueniatur hucusq, vel inueni-  
endus est ante extremum illum diem seculi hu-  
ius, qui ista omnia ad amissim implauerit, im-  
pleat, & implere possit, vnico duntaxat illo,  
omni exceptione maiore, excepto? Respondet  
pro me Moses, imò Deus ipse per Moysen, Gen:  
6. 8. Dauid Psal: 13. 50. 115. 129. 142: Esa-  
ias cap: 54. Paulus Rom: 3. 1. Corinth: 4.  
Phil: 3. Et alij pleriq,

Quare igitur Valdensicæ societatis proceres,  
quos oramus, rogamus, obtestamur propter glo-  
riam, Domini nostri IESV CHRISTI,  
& per ipsorum bonam conscientiam: (quod abun-  
dè ex Epistolis ad ipsos missis, & supra positis,  
ab omnibus pijs & candidis hominibus, Chris-  
tum Dominum & pacem Ecclesie eius diligen-  
tibus, videri & cognosci potest) nolunt sese rur-  
sus coniungere cum reformatis cœtibus Ecclesie  
Christi in Morauia, Bohemia, & Polonia?  
Quia, scilicet, ipsi in sua sociali coniuratione  
sunt omnino sine erroribus & peccatis, propte-  
reà se timere ne à nobis contaminentur:

Nos

**AD LECTOREM.**

Nos tamen à CHRISTO Domino  
edocti, nos ipsos nostro pede & modulo metien-  
tes, ex animo fatemur, cum fecerimus omnia  
quæ facere debemus, esse inutilissimos seruos:  
itaq, peccatores à vertice vsq, ad plantam natu-  
ra corruptos, in nobis id est in carne nostra  
nihil omnino boni habitare, agnoscimus: non  
tamen ob id desperamus, nec diffidimus, sed  
magis sancto illo veritatis spiritu consolati &  
erecti, dictante Paulo Apostolo dicimus: Infœlia-  
ces nos et miseri homines, quis nos liberabit à cor-  
pore peccati & mortis huius? Gratia Domini  
nostri IESV CHRISTI. Cuius solius  
est honor, gloria, benedictio, imperium in om-  
ni æuum, Amen.

**CONCLUSIO.**

Augustinus contra Parme: lib: 3: cap: 1,  
in spiritu sancto præuidens separationem  
Valdensicæ societatis, à seductis & lapsis Chris-  
tianis, non tantum iudicium suum aut senten-  
tiam, verum illius, quod apud istos bonos socios  
Valdensicos fit hucusq, ab initio illius Thabo-  
riticæ separationis, hystoriam verè Rhetoricè  
descripsisse videtur, his verbis.

Consilia separationis & inania sunt, & per-

L ij nicio

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.19.2.)

CONCLUSIO.

nitiosa, & sacrilega, quia & inopia, & super-  
bia fiunt, & plus perturbant infirmos bonos  
quàm corrigunt animosos malos. Cypriani igitur  
exemplum imitemur, qui quamuis Coepi-  
scoporum suorum descripsisset prauos mores, ser-  
mone de lapsis (quòd cum hortamento & exem-  
plo deberent esse ceteris, contempta procuratione  
diuinorum, procuratores rerum secularium fa-  
cebant, derelicta Cathedra, plebe deserta, per alie-  
nas prouincias oberrantes, negociationis questu-  
osas aucupabantur nundinas, esurientibus inter-  
rim in Ecclesia fratribus, habere largiter argen-  
tum volebant, fundos insidiosis fraudibus pete-  
bant, usuris multiplicantibus fœnus augebant )  
non se tamen ab illis separabat, verùm hæc illo-  
rum peccata deslebat, ac diuine censure & in-  
dicio committebat. Item: Cum omnis pia ratio  
& modus Ecclesiasticæ disciplinæ maximè in-  
tueri debeat vnitatem, in vinculo pacis, quod  
Apostolus sufferendo inuicem, custodire præci-  
pit, & quo non custodito medicinæ vindicta non  
tantum superflua, sed etiam perniciosa, & pro-  
pterea non medicina esse conuincitur. Illy filij  
mali, qui non odio iniquitatum alienarum, sed  
studio contentionum suarum, infirmas plebes  
iactantia sui nominis irretitas, vel totas trahere  
vel,

CONCLUSIO.

vel certè diuidere affectant, superbia tumidi,  
pertinacia vasani, calumnijs insidiosi, seditio-  
nis turbulenti, ne luce veritatis carere videantur,  
vmbra rigide seueritatis obtendunt, &  
que in sacris scripturis salua dilectionis sinceritate,  
& custodita pacis vnitatem, ad corrigenda  
fraterna vitia, moderatiore curatione præcepta  
sunt fieri, ad sacrilegium schismatis, & occasio-  
nem præcisionis vsurpant, &c.

Nathanaël Nesekius lib: de polyga:

Illud autem tristissimum est eò rem euasisse,  
ut nulli longius absint ab omni pudicitia, nulli,  
quod omnibus constat omni libidinum genere vi-  
uant contaminatiores, quàm pleriq; qui hodie  
pro voto perpetuæ virginitatis depugnare vide-  
ri volunt: Qui tamen, ut res ostendit, non ali-  
am ob causam coniugium damnant, quam ut  
adulteria, omneq; adeo spurcicia genus eò liber-  
rius exerçant, &c.

Qui ignorat, ignoret adhuc, qui  
sordescit sordescat adhuc.

Cernit & audit  
Nos Deus atq;  
Iudicat æquus  
Omnia vindex.

Regi nyomtatványok Bravislava-Lyceum.  
(308.19.2.)

AD LECTO-  
REM P. K.

**N**E pagine aliquot vacue remaneret, can-  
dide Lector, addidimus ista pauca, par-  
tim quod mentio eorum facta sit in prefatione,  
in Epistola ad clarissimum virum, spongiarum;  
partim vero quod apprimè necessaria ea esse  
scitu duxerimus, ut quae causam nostram pro-  
babiliorum reddere, nosq; temeritatis suspitione  
& inuidia tum apud omnes pios, tum apud ip-  
sos Valdenses, liberare quam facillimè poterunt.

EX VITA D. CALVINI, A  
D. Beza optima fide conscripta, ip-  
siusq; Epistolis prefixa.

ANNO  
1560.

Tum quoq; Valdenses Boë-  
mi, quos vocant, duobus fra-  
tribus ad Calvinum missis, que-  
dam ab eo de religione sunt  
percontati: quibus ille sicut  
par erat benignè satisfecit, eos  
etiam cohortatus, ut cum reli-  
quis Ecclesijs sese prorsus con-  
iungerent. EPI-

EPISTOLA VAL-  
densium missa Caluino, per  
duos illos Synagogicos  
Legatos.

**G**Ratiam & pacem per Do- Epist. 194.  
minū nostrum IESVM CHRI-  
STVM. Quoniam, Vir Reuerende  
ante annos circiter viginti, inter hu-  
manitatem tuam, tum Argentinæ  
agentem, & fratres, qui falsò Picar-  
di, vel Valdenses dicuntur, charissi-  
mos in Domino Patres nostros, fan-  
cta intercessit noticia et familiaritas,  
visum est nunc nobis, qui loca patrū  
(quos iam ferè omnes Dominus ex  
hac mortali vita eripuit) obtinemus,  
eandem noticiam, imò vinculum il-  
lud Christianæ charitatis, quo omnes  
pios, maximè verò Ecclesiæ Minis-  
tros arctissimè constrictos esse decet,  
renouare. Videmus enim hostes  
Domini nostri, & totius Ecclesiæ va-  
riè mutuas operas tradere, & ad op-  
primendam veritatem prorsus con-  
spirare.

L v

Regi nyon tect vanyok, Bratislava - Jyzeum:  
(308.16.1)

EPISTOLA VALDEN:

spirare. Quibus cum nos strenue resistere oporteat, omnino curandum est, ut omnes unum simus in Domino: quod si quae dissensiones & discordiae pullulare inciperent, in spiritu lenitatis ut componerentur, ne quid per contentionem fieret, vel si qui extra sunt conqueri iuste possint. Eam ob causam hos duos in Domino fratres, ad humanitatem tuam, & Symystas mittimus, ex quibus & vos statum rerum nostrarum, ut & nos vicissim vestrarum, intelligere poterimus. Eos ut humanitas tua amice excipere dignetur, rogamus. Vale & nos Ecclesiamque nostras vestris sanctis precibus commendare pergite, rogamus. Datum in Boemia ex Carmelo, 11. Maij. Anno M D L X.

Seniores unitatis Fratrum, qui vulgo Valdenses vocantur.

Respon:

RESPONSVM CALVINI ad Valdenses.

S. D.

Postquam mandata vestra mihi priuatim exposuit frater a quo literas vestras accepi, quia non ad me solum, sed etiam ad collegas simul meos missum esse, eadem ut in coetu nostro repeteret, hortatus sum. Itaque de communi omnium sententia respondebo, Ac primum gratias agimus non vulgares, quod fratres qui vestri erga nos amoris, fraternaeque coniunctionis testes essent, & quasi sponsores, mittere gravati non estis: eoque libentius officium hoc vestrum amplexi sumus, quia ex sincero pietatis studio manabat, cupimus idem vicissim vobis de propenso nostro ad fovendam sanctam unitatem affectu persuasum esse. Et certe cum tam longis regionum spacijs inter nos distemus, & undique cingamur hostibus, qui totum fere orbem occupant, hoc saltem dispersionis nostrae solatio frui, dulce ac incundum est. Testemur ergo mutuo consensu unum esse nobis Patrem in caelo, & nos sub CHRISTO capite unum esse corpus, quod certo speramus vos esse facturos, atque ut reipsa sentiat nobis cordi esse, operam dabimus. Et paulo post.

Epist: 298.

Vide pie le

bor inge-

nuitatem

Valdensiu,

no sunt gra-

uati, neque

periculum

veriti, suos

synagogales

legatos mit-

tendo ex Bo-

emia Gene-

nam usque

quod est

iter 150.

fere milia-

rium, cuius

etum quoque

undique acer-

rimis

Ad

Regi nyomtetvanyok Bratislava-Lyceum: 1308.119.2.

RESPONS: CALVIN:

rimis hostibus: ad nos verò proficisci decuplo propius, iti-  
nereq; satis tuto, gravantur. Dicesne autem ipsos esse stu-  
diosos pacis & coalitionis Ecclesiarum quod iactitant,  
& quod ab ipsis flagitamus? non existimo.

Ad vos etiam scripturi oramus si opportu-  
nitas dedisset, verum non vos latet, quam diffi-  
cile sit in tanta locorum distantia communican-  
di ratio. Nunc quando oblata est melior facul-  
tas, ingenuè sensum nostrum profitebimur.

Ad nos  
quoq; hæc  
adstringi  
possunt.

Quantopere inter sit vos Polonis manum porri-  
gere, ut apud eos progressum faciat pura Evan-  
gely doctrina, vos ipsi, nobis tacentibus, pro ve-  
stra prudentia reputate. Neq; enim dubium est,  
quin vestra dissensio, si ab hostibus animaduer-  
sa fuerit, aliquid remore inyciat rebus bene &  
feliciter inceptis. Probabiles quidem causas  
retulit frater, cur metuat propius ad illos ac-  
cedere, quia videlicet videtis eos scindi peruer-  
sis factionibus: Verum hæc necessitas vos urge-  
re debet, ut gliscentibus malis, & vel pullulan-  
tibus remedium afferat vestra coniunctio. Nam  
spiritus phreneticos, qui in dissipatione tumul-  
tuandi, & omnia turbandi licentiam sibi su-  
munt, facile compeferet tot Ecclesiarum au-  
thoritas, si alie alias iuarent. Nunc pijs fratre  
vestro

Somniant  
modo quoc  
causas alie  
evantò pro  
habiles,  
anare ad  
nos nolint  
accedere.  
habere sese  
diversitate  
nimirum  
opi

AD VALDENS:

vestro suffragio destituti, gravius laborant. Si opinio-  
Stancari, Georgij Blandrate, & aliorum tur- et alia que  
bulentos impetus, in Poloniam conuertit Satan, dam: sed  
nonne vestrum est succurrere? Si negligis, vi- frivolas esse  
dete ne forte vobis desint aliquando fratrum sub causas is-  
sidia, neq; enim semper in manu vestra erit co- tas omnes  
tamina effugere, à quibus vos hæcenus immu- py conicere  
nes Deus præstitit. Item paulò post. Si con- possunt, non  
silium hoc vobis displicet, experientia tandem enim nos  
docebit rectum & salubre fuisse, quanq; non pu- dissensus vl-  
temus vos adeo morosos esse, ut illud repudietis. lius conu-  
Duo forte vos præpugerunt, quod scripsimus in cerunt.  
vestra confessione brevitatem esse & obscuram,  
& ambigam, que certiore docendi forma in-  
digeat: deinde in apologia nimium esse vehemen-  
tie & feruoris contra eos omnes, qui præciso ge-  
nere loquendo non contenti, lucem sane doctrine  
explicationis desiderant in vobis vbi asseritis pa-  
nem esse corpus Christi. Item paulò post.  
Quod retaliandi causa mihi obiecit nuntius ve-  
ster, me etiam in quibusdam scriptis excande-  
scere, etsi in totum non inficior, tempestinè ta-  
men non protulit. Nam si quosdam impuros ca-  
nes durius insector, longè dissimilis est vestre  
Apologie ratio, que promiscuè, & absq; vllò  
delectu, multos pios, doctos homines male senti-  
entibus

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.16.2)

RESPONS: CALVIN:

Memine-  
rint horum  
hodie quoq;  
boni socij  
Valdensis

entibus inuoluit. Nam si vobis propositum erat  
quorundam errorem impetere, distinctione opus  
fuit, ne in idem crimen traherentur innoxij.  
Etc. Geneue pridie Calend: Iulij. M. D. LX.

Ioannes Calvinus  
omnium nomine.

Ioannes Calvinus Fratri N.  
societatis Valdensicæ.

COELIBATVM IN MINISTRO  
non ita requirendum esse.

Epist: 371.

GRatia tibi & pax à Deo  
Patre nostro, & Domino  
IESV CHRISTO, frater mihi  
plurimum in Domino obser-  
uande, Paulò post. Cæterum Con-  
fessionem vestram quæ nuper  
fuit edita inspexi tantum, per-  
currere nondum per opportu-  
nitatem licuit, Habet tamen ab

ñs

89

IOH: CAL: DE COELIB:

ñ viris testimonum quorum iu-  
dicio facile acquiesco. Tamen  
in commendatione coelibatus  
cuperem vos esse paulò parcio-  
res. Ignosces hac in re meæ sim-  
plicitati, quòd liberè tibi expo-  
nere non dubito, quid mihi non  
ita placeat. Video consilium ve-  
strum non omnino destitui ali-  
qua ratione, coniugio qui im-  
pliciti tenentur, minus sunt ad  
opus Domini expediti: vt ma-  
gnopere ab hac remora solutos  
esse expediat, qui se totos vo-  
lunt Domino consecrare: dein-  
de ipsa continentia non mini-  
mam sacro Ministerio dignita-  
tem commendat. Postremò non  
vi nec Tyrannicè adigitis ad  
coelitabum, qui in functione

Vide asser-  
tionem &  
spongiam  
pie lector,  
quo pacto  
sunt consulant.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.192)

IOHAN: CALVINVS

sunt Ecclesiastica: Sed quod iudicatis in rem esse Ecclesiæ, simpliciter illis consulitis, ac suadetis. Atqui, vt fatear, coniugium multa et varia impedimenta secum trahere, à quibus optandū sit liberos esse Christi seruos: nō tamen eiusmodi esse concedam, quæ ab officio illos reuocent. Tum vicissim obijciam, cœlibatum quoq; suas habere incommoditates easq; non paruas, nec vnus generis. Nondum de continentię difficultate loquor. Sed dico cœlibes non minoribus nec paucioribus distrahi auocamentis, quàm coniugatos: aut certè parum esse discriminis, quin vtriq; ex æquo distrahantur. Quòd si etiam constare

Quomodo  
vobis ista  
sapiunt bo-  
ni socij my-  
sogami?

res

DE COELIBATV.

ret cœlibatu nihil liberius, coniugio nihil magis esse impeditum: obstare tamen id non debet, quo minus necessitati consulatur, certum est autem coniugio multos vtiliter carere non posse, qui sunt præ alijs ad ministerium idonei. Ad secundum respondeo, Dominum optimè omnium prouidisse, quibus ornari dotibus suum Ministerium conueniret. Videmus autem longè abesse, quin cœlibatum inter eas commendârit. Quòd non imperatis eundem certa lege, probo. Sed videte, ne illud ipsum legem sit præscribere, minoris æstimare eos, qui vxores duxerint, quòd videantur non nihil ornamenti amisisse. Neq;

1. Tim: 3.

Tit: 1.

Fulmen.

Val: Non

debuisti is

ta scribere

caluine. C:

Quod scri

psi, scripsi.

M

in

Regi nyomtetvanyok, Bratislava-Lyceum: 1308.16.7.

IOHAN: CALVINVS

in veteri Ecclesia lex erat, quæ  
cogeret, Sed ita inualuerat præ-  
postera coelibatus admiratio, vt  
Coniugium in Episcopis dede-  
core notaretur. Postea sensim  
irrepsit legis seueritas, quæ in-  
numeras nobis malorum for-  
mas peperit: quid boni attulerit  
non possum iudicare. Proinde  
semper vereor ne periculosum  
sit immodicum haberi coelibatui  
honorem, quo boni viri à con-  
iugio absterreantur, etiam vbi  
vrget necessitas. Non abs re  
igitur cupere mihi videor, vt si  
qua est hac in re austeritas, mi-  
tigetur: non quia vobis in præ-  
sentia obsit, sed quia multum  
obesse posteris poterit, quibus  
scis esse consulendam. Quod si  
ratio

*Quid boni  
attulerit  
coelibatus  
Valdensi-  
cus, ostendunt  
eius infelices  
fratres  
Kobant,  
frater Zia-  
lud: & ce-  
teri proce-  
res ipsorum.  
Vris ipsos  
Domine  
Caluine.*

DE COELIBATV.

rationes vestre ita nunc habent,  
vt periculum aliquod ex pasto-  
rum coniugio vobis immineat,  
initam esse rationem velim, qua  
obuiaretur, &c.

*Inita est ratio  
Gen: 2.  
Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiuta-  
rium simile sibi. Item: 1. Cor: 7. melius est nubere  
quam vri.*

EX COMMENTARIO  
Dñi Philip: Melan: in Danielelem  
Prophetam Cap: 11. de Notis  
Antichristi.

**A**Ltera nota vel maximè il-  
lustris est. Etsi enim multæ gentes li-  
bidinibus pollutæ sunt, & fuerunt,  
valdè horribilibus: tamen nusq; alibi  
publica lege perpetuò prohibitum est  
verum coniugium magno ordini ho-  
minum, nisi in regno Pontificio. Cum  
aut natura hominum ita condita sit,  
vt sit foecunda, & accesserit infirmi-  
tas, ut minus sint domitæ appetiones,

*Et in reg-  
no Valden-  
sico.*

M ij prohi

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303.192.

PHIL: MELAN: DE COELIB:

Boni socij prohibitio coniugij magna scelera pa  
Valdenses, rit, quæ comitantur horrenda tene-  
discite esse bræ, & tristes pœnæ publicæ, priua-  
tæ, præsentis, æternæ, euersiones reg-  
Cœlibatus, norum, dissipationes gentium, inte-  
quem cum ritus Ecclesiæ. His tantis malis mihi  
Antichrō est nihil affici autores eius prohibiti-  
habetis cō- onis.  
munem, & tandem afficiamini vestris malis.

Sed cur textus nominatim dicit,  
“ Non intelliget desiderium id est socij  
“ mulierum: Multas magnas res complectit. Deus indidit mutua  
vtriusq; sexui, vt perpetuam societa-  
tem efficeret, procreationis causa, qua  
voluit sibi gigni æternam Ecclesiam.  
Hæc socij primum est beneuolentia  
mutua, qua pars altera humanæ na-  
ture alteram complectit, & mutuo ho-  
nore afficit, propter naturæ similitu-  
dinem, & societatem vitæ æternæ.  
nisi propter Deum conditorem.  
inde est & appetitio mutua pro  
generationem à Deo ordinatam  
Ecclesiæ conseruationem. Post  
& mutua cura, ac officiorum pro-

Isti mysoga-  
mici socij  
hæc non co-  
gitant, dati  
sunt. n. à  
Deo in re-  
probum  
sensum.

ALTERA NOTA ANTICHRIS:

tatio: Vir sciat se debere certos labo-  
res mulieri, ne vel fame pereat, vel in-  
digna contra Dei ordinationem pati-  
atur: Vicissim mulier debet sustinere  
partem domestici laboris. Hæc inclina-  
tiones & curæ sunt in hac ipsa  
de qua dicimus.

Horum nihil curat Cyclops, solus  
in antro sedens, & ventrem deliciosis  
epulis onerans. Non adfici beneuo-  
lentia erga partem generis humani  
alteram, non tribuit ei honorem prop-  
ter Deum conditorem, aut propter ge-  
nerationem, non laborat ut coniugi  
& liberis victū paret, non studet eam  
defendere ne quid indigni patiatur.  
Sed ipse si qua sit occasio, aliam oppri-  
mere cupit, ac rursus abijcere, nec to-  
lerare labores ac molestias sexus, aut  
generationis causa. Hoc simul est &  
conumelia afficere & pdere sexum,  
non velle eum iuuare, fouere, tueri,  
iuxta ordinationem Dei, Sed tantum  
velle eo abuti, & postea tanq; inuti-  
lem testam abijcere, & non perpetuò  
tueri.

Valdensib.  
hæc sordet.  
& non pa-  
rum ipsos  
vrunt.

Contempe-  
mini vos  
mysogamis  
ei socij Val-  
denses in  
hoc speculo,  
nam vrum  
cœlibatum  
ad vngue  
represento-  
tat.

Ita Val-  
densis socij  
in suo cœli-  
bati facio-  
unt.

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.19.2.)

**PHIL: MELAN: DE COELIB:**

Ex hac imagine intelligi potest, quod dicat textus: Non curabit *σοφικῶν* mulierum, id est, confirmabit sexus mulieris contumelias. Est autem contumelia duplex: Altera est neglectio, quam in coelibes viro sequuntur multae turpes flammæ, & alia grauiora peccata. Altera est cum miseræ mulieris corpus & animam contaminas. Nam omnis concubitus extra coniugium, est contumelia sexus, non enim vteris eo iuxta ordinationem Dei, imò etiam abstrahis hominem à Deo, quæ est summa contumelia Dei. Dauid rapiens alienam coniugem, quantum in ipso fuit, non solum sese perdidit, sed etiam illam miseram à Deo avulsit, quæ tunc quidem non vidit, quomodo ex hoc scelere eluctura esset.

*Quomodo vobis ista placent fratres Valdensi in vestra conjugumica coniuratione.*

*Deus tandem Valdensibus det bonam mentem, ut ista serio cogitantes complectantur, & re ipsa sequantur.*

In his exemplis cogitemus quia sit contumelia sexum adficere, & dicamus reuerenter vti sexu, iuxta ordinationem Dei, frenemus libidines, vitemus poenas, caueamus ne polluta conscientia impediamus inuocationem. Denique legem iniustam, quæ incendit

**ALTERA NOTA ANTICHRIST:**

cendit vagas libidines, tanquam Diaboli laqueum excutiamus. Nam Paulus prohibitionem coniugij expressè nominat doctrinam demoniolum, &c: Illud etiam adijciendum est, peculiam poenam esse cultus Idolorum, labes libidinum, ut primo Capite ad Romanos significatur.

Sed tu Domine vsperuquo?  
Veni cito Dñe Iesu: Amen,

*Valdensicos Proceres oramus, ne indulgentie affectuum causa omittant, quod Christi & Ecclesie eius causa committere debent.*

**SYMBOLVM PAVLI KYRMEZERI.**

Solo Christo meo Duce,  
Sui sacri Verbi Luce,  
Per Fidem comite Cruce,  
Patientia Semita,  
Fortus est æterna Vita.  
Contra hæc non preualebunt  
Portæ inferorum.

M iiii ELE-

*Regi nyomtetvanyok, Bratislava-Lyceum: 1308.19.2.*

## ELEGIA,

Ad Reuerendos viros: D. Paulum Kyrmezerum: & Antistites Societatis Valdensicæ. Scripta à

MARTINO MALOBICENO:  
Rectore Scholæ Hunnobrodensis.

**N**ON res nobilior, non gratior vlla Tenanti est,

Aut tantos fructus utilitatis habet.

Quam cum Christigeri dulcis Concordia Cœtus  
Colligat vnanimi pectora fida Fide. (sens,

Hic est namq; Deus, viget hæc vbi, numine præ

Et presente Deo prospera cuncta fluunt.

Hic verè diuinus honos & gloria crescit,

Laudaturq; vno pectore, & ore Deus.

Hinc non immerito Basileus cognomine magnus

Ille, vir ætherio flamine plenus, ait:

His opus vnanimi consensu, non secus, esse

Qui verbum Christi ritè docere volunt: (tra,

Quam dextra in quouis opere est opus usq; sinis

Quid dextra dempta, queso sinistra potest?

Filius ipse Dei Genitorem in agone precatur:

Vnum quò simus pectore, mente, fide.

At res deterior, vel perniciosior hand est.

Ac inuisa Deo que sit in orbe magis.

Quam

## ELEGIA.

Quam vesana pios turbans Discordia cœtus,

Et monstrans vario calle salutis iter.

Hæc, hæc armat germanos in prælia fratres,

Hæc iras, odium, bella, necessq; serit.

Hæc est cunctorum Mater fecunda malorum,

Hinc Sectæ emergunt, Hereticumq; cohors.

Quare Paule tuus conatus iure probandus,

Atq; pijs merita laude vehendus erit.

Quod sic discordes cœtus vnire laboras,

Nempe vides ex hoc cōmoda quanta fluunt.

Quanta Deo laus & decus hinc, q; gloria surgat,

Huic, cuius nobis funere parta Salus.

Maçte vir hac virtute pia: Deus exigit istud,

Hoc abs te pietas, officiumq; volunt. (vnum

**AT TV** pars aduersa, gregem que distrahis

Quem Christus iunxit, iunxit & vna Fides.

Si tibi Cor rectum, recta est sententia menti.

Si Christum verè, ceu profiterè, colis.

Si diuinus honos cura est, si cura salutis

Te tangit Christi, cui preces, ulla gregis.

Si cernis verè bona quam Concordia res sit.

Atq; gregi Christi commoda quanta feras.

Econtra quam sit Discordia noxia pestis,

Quantaq; discordes usq; pericla manent:

Si te quid morituri vox mouet ultima Christi.

Olim qui iudex, & tibi, iustus erit:

M v

Desine

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308.16.21

ELEGIA

Desine onile Dei tandem lacerare malignè,  
 Et noua in hoc quedam ponere septa caue.  
 Sublatus paries per Christum, & diruta seps est,  
 Tu noli in Christi ponere septa grege.  
 Quin magis ex animo mutata mente fac illud,  
 Quod Christus, recti conscia mensq; iubent.  
 Mutua sincere nobiscum fœdera pacis  
 Iunge, ac hæc certa post tueare fide.  
 Sic cœtus discordes coniungentur in vnum,  
 Vtraq; & in Corpus pars coalescet idem.  
 Interitu discordes consumuntur eodem:  
 Durant, quos concors mensq; fidesq; ligant.

ALIA ELEGIA.

Ad Reuerendum Virum D. Paulum  
 Kyrmezerum: Scripta à  
 IOANNE LOWCZANO: COL  
 lega Scholæ Hunnobrodensis.

Tandem est detectus Valdencius anguis  
 in herba,  
 Kyrmezere tuo doctè vir, eloquio.  
 Ore venenato qui multos enecat, atq;  
 Prætexit doctis sibila falsa viris.  
 Tandem detecta est Valdencis callida Vulpis,  
 Digne fide, fama, & nomine, Paule, bono.

Quo

ELEGIA.

Quæ incantatos fallit versutis rictibus, atq;  
 Seducit stolidum calliditate gregem.  
 Perge igitur vafros Valdenses, callida monstra,  
 Vincere diuino, doctè vir, auxilio.  
 Crescere ne tantum possint, tantumq; nocere,  
 Sed dubia cessent fallere voce gregem.  
 Præmia si non hic, aut merces ulla sequetur,  
 At dabitur summo largior illa die.  
 Gaudia nam Christi capies tunc cœlica credens,  
 Quæ non sunt finem, non habitura modum.

ALIA EIVSDEM  
 De Concordia & Discordia.

Quod Deus ætherea mortalibus annuit arce,  
 Diuine quod confert distribuitq; manu,  
 Omne bonum esse docet diuini pagina verbi,  
 Vtq; docet, sic nos credimus, esse bonum.  
 Sic fuluo vnanimis Concordia pulchrior auro es,  
 Nec melius quicquam laxus hic orbis habet.  
 Sceptra vigent per te Regum bene r. a potentia  
 Exiguae per te multiplicantur spes.  
 Tu daris à summo Concordia sancta Parente:  
 Ergo te munus credimus esse bonum.  
 At quod ab infenso procedit demone, quis non  
 Esse malum dicit, cœn sacra scripta docent:  
 Fœdius hand igitur, quam tu Discordia, nil est,  
 Non Monstrum vastius turpius orbis habet.

Per

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
 (308.16.2.)

ELEGIA.

Per te Sceptra rigent Regum confracta potentū,  
 Immense per te disyiciuntur opes.  
 Tu venis à Stygio, Discordia fœda, parente:  
 Ergo te magnum nouimus esse malum.  
 Te Satana Nati seruantq̄, coluntq̄, maligni.  
 Qua subter Stygias præcipitantur aquas.  
 Ast illam Genitore sati altipotentè sequuntur,  
 Gaudia quos cœli non moritura manent.

PHALÆCIVM.

Ad Venerandum Virum D. Paulum  
 Kyrmezerum: Scriptum, à  
 JOSEPHO GAAL, SENICEN-  
 sis Scholæ Rectore.

**D**IVINI officij Minister omni  
 Qui virtute tuam decenter ornas  
 Sp. etiam, Paule, docens iter salutis:  
 P. et multos vinam tibi laboris  
 Virtus ext. hulet, feratq̄, pulchræ  
 Ad verum studium emulationis,  
 Quo nostris simul hostibus resistent,  
 Ac Sectas varias in os refellant.  
 Non est res nihili videre lucem.  
 Extingui tenebris, Deiq̄, verbum,  
 Cum surgunt magis hereses, magisq̄.

Et sic

ELEGIA.

Et sic illaqueant minus cauentes.  
 Ergo Paule tua pia hac opella  
 Desudare velis, Deiq̄, laudem  
 Pergas hac ratione promouere:  
 Sic CHRISTVS tibi det, dies vt omnes  
 Tranquillos placida trahas quiete.

ELEGIA EIVSDEM.

Ad Antistites Valdenses.

**Q**Vos non vera fides Christi conseruat eodem  
 Vincto compactos, hos malus error agit  
 In quos, delirant vario discrimine ducti,  
 Et nunquam pacem religionis amant.  
 Propter id ærumnas Ecclesia sentit in orbe.  
 Gestat et hanc nimium corde dolente Crucem  
 Ac gemitu tristi Christum venerata precatur  
 Vt disturbatas ipse reducat oves.  
 Ergo quod hic Paulus summis conalibatur, arget  
 Vt gratum Christo est, sic quo dulce pijs.  
 Vnus consensus, Concordia queritur vna  
 Doctrina, monstrat que vna salutis iter.  
 Si non ergo tuos caligo excecat ocellos,  
 Altera pars, votis annue, queso, pijs.  
 Abiecto et tandem nobis te iunge pudore:  
 Non est hoc pacto fœdus in te pudor.

Nec

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
 (303.16.2)

ELEGIA.

Nec magis indictos renuas Conuentus, Doctis  
Et granibus constant qui pietate viris.  
Vna Fides, meritis Christi que sola triumphat,  
Sic nos coniungat sedibus aethereis.

Non nobis Domine non no-  
bis. Sed nomini tuo da gloriam.

Causa tua est, causam Christe tuere tuam.

ERRATA, QUAE VEL VI-  
do Exemplaris, Vel per imprudenti-  
am nobis exciderunt, benigne Lector  
sic corrigito.

Fol: significat folium. fa: faciem. lin: lineam.  
Fol: a 6. fa: 2. lin: 22. penitius. fol: a 7. fa: 1.  
lin: 18. eodem. Eodem. fa: 2. lin: 8. eademq.  
Eadem. lin: 2. Patrisfamilias. Eadem, lin:  
23. penitius. fol: a 8. fa: 1. lin: 17. (quod olim  
fol: b 1. fa: 1. lin: 24. rificamus. fol: b 5. fa: 1.  
lin: 2. Arrham. fol: b 8. fa: 1. lin: 13. dehorare.  
fol: C 1. fa: 2. lin: 13. contiguarum. fol: C 2. fa: 2.  
lin: 14. sentiendi. fol: C 3. fa: 1. lin: 8. conferremus.  
fol: C 6. fa: 2. lin: 17. macerie. ¶ fol: C 7. fa: 2. lin:  
9. Gal-

ERRATA.

§. Gallū, Glandē. ¶ fol: C 8. fa: 2. lin: 6. atatis 1578  
fol: D 1. fa: 2. lin: 17. eas. ¶ fol: D 3. fa: 2. Esai: 46.  
pertinet ad lineam 16. fol: D 8. fa: 1. lin: ultima  
quodq. ¶ fol: E 1. fa: 2. lin: 5. expunge credi-  
tis. ¶ fol: E 2. fa: 2. lin: 11. tesseræ. fol: E 3. in  
marg: lin 18. 1. Pet: 3. pertinet ad li: 20. ¶ fol: E 5.  
fa: 1. lin: 14. etiam docemus orare. fol: E 6.  
fa: 2. in margin: lin: 20. Matth: 16. 18. F. 5. fa: 2.  
lin: 9. pecuniae. fol: F 6. fa: 2. spongiae lin: 4. deni-  
scula. fol: F 7. fa: 2. spongiae lin: 12. 13. perfici-  
erunt. Fol: G 2. fa: 2. lin: 14. Oedipum. fol: G 3.  
fa: 1. lin: 13. religiose. fol: G 4. fa: 1. spongiae  
lin: 3. castratæ. fol: G 7. fa: 2. spongiae lin: 9. au-  
gust. fol: H 1. fa: 1. spongiae li: 2. hominum. ¶ Eo-  
dem fa: 2. lin: 18. vniuscuiusq. fol: H 2. fa: 1. lin:  
24. (ut qui. ¶ Eodem fa: 2. li: 6. tate & severitat.  
fol: H 3. fa: 1. lin: penultima: author. ¶ fol: H 4.  
fa: 1. lin: 9. ex illo: Solum. Eiusdem lineae margo  
cum reliquis sequentib. usq. ad ultimam debent  
habere asteriscos duorum commatū, in do ces t  
tus ex Valdensico libello adscripti. fol: H 5.  
linea 19. usq. ad penultimam, debent in ma  
habere similes asteriscos. ¶ Eadem lin: 2. ita cor-  
queant. ¶ Eadē li: 24. habeant, videlicet virginas  
lem, ¶ fol: H 7. fa: 2. lin: 4. scripta. ¶ fol: I 2. fa:  
1. lin: 6. cœlibatus duorum illorum Timotheus &  
Titi.

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
1308.16.21

ERRATA.

Ti. qualis fuit sepe dictorū. ¶ Eadem lin: 9. 10.  
(expunge) qualis fuit illorum auorum Timothei  
& Titus Eadem lin: 8. Fratris. fol: I 6. fa: 2.  
lin: 17. dilectione. ¶ Eadem li: ultima: statu talia  
dicere. fol. K 3. fa: 1. lin: ultima: timore. K 4.  
fa: 1. lin: penultima. offensionem. K 5. fa: 2.  
lin: 2. que vela. fol: L 6. fa. 2. lin: 5. eramus.  
fol: L 8. fa: 1. lin: ultima: coelibatum.

SALVTIS:

ANCHORA



CHRISTVS. 20

MPRESSVM,

Per Valentinum Farinolan:

Anno Domini: 1580.

margin

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.198.)